riſdictione, & correctione, & ſuperioritate, exemerunt, A & ſub Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſceperunt, ut illa Romano Pontifici pro tempore exiſtenti immediatè ſubjecta eſſe noſcatur.

Gregorius XIV. Inſtitutum Societatis confirmans an. M.DXCI. ita de illa ſentit. Præmiſſa enim commendatione Religioſorum, qui proximorum deſerviunt utilitati, addit: In his verò Religioſæ Societatis Jeſu, quam noviſſimè hiſce diebus divina providentia excitavit, adeò ſtrenuè laboravit, ac ſine intermiſſione laborat, ut illius vel turbationem, & infirmitatem ad commune Eccleſiæ damnum, vel pacem, atque integritatem, ad ejuſdem utilitatem maximè pertinere putemus.

*CONGREGATIONES ORATORII.

In Italia.

Congregatio Oratorii, quæ eſt ſæcularium, ut vocant, Sacerdotum in communi viventium, conditorum agnoſcit B. Philippum Nerium Florentinum, qui anno ætatis 80. Chriſti 1595. Romæ vivere deſiit. Vitam ejus ſcripſit Antonius Gallonius, ejuſdem Congregationis presbyter.

B Ex eadem Congregatione fuere Cæſar Baronius, Annalium Eccleſiaſticorum conditor, poſteà Cardinalis, Thomas Bozius, Joannes Franciſcus Burdinus, qui poſteà Archiepiſcopus Avenione, Alexander Fidelis, & alii viri doctrina vitæque integritate clari quamplurimi. Fundamenta ſui Ordinis jecerunt Romæ in templo S. Hieronymi: ubi cum numerus ipſorum creviſſet, ſingulis diebus quatuor ex ſuo numero elegerunt, qui conciones ad populum haberent, ſolus dies ſabbathi ab hoc officio immunis erat. Scopus ipſorum præcipuus fuit, ut ordinem Presbyterii priſtino ſplendori reſtituerent.

Præter Romanum, extant variis in locis Oratoria conſtructa non pauca, puta Neapolitanum, Septempedanum, Anxanum, Lucenſe, Firmanum, Panormitanum in Sicilia, Fanenſe, Patavinum, Vincentinum, Ferrarienſe, Tononienſe in diœceſi Genuenſi apud Allobroges, & Forojulienſe in Provincia apud Francos.

In Gallia, Belgio, viciniſque Provinciis.

B. Philippi Nerii ejus Apophthegma celebratur, *Qui vult* C *facere fructus in anima, contineat manum à burſa*; exemplo motus D. Petrus Berulius, vir generis nobilitate, morum, vitæque integritate, ac doctrina clariſſimus, Congregationem Oratorii in regno Galliæ, maximo Eccleſiæ bono, temporibus Ludovici XIII. Regis excitavit, Paulo V. Papa approbante, & Gallicanis Epiſcopis quam maximè applaudentibus, ac promoventibus.

Ac primum quidem Pariſiis Oratorium Berulius inſtituit: poſt quod alia toto regno ſunt ædificata, Rothomagenſe, Lugdunenſe, Toloſanum, Ruppellenſe, Salmurienſe, Montmorentianum, &c.

Sic & poſteà in Burgundiæ Comitatu, atque in Belgicis provinciis, ac nominatim in Brabantia in Colle Acuto, qui locus Deiparæ ſacer; & in Academia Duacenſi, prout infra; Oratoria ſummo fructu ſunt inſtituta; faventibus imprimis Sereniſſ. Belgarum Principibus Alberto, & Iſabella Hiſp. Infante.

Et ſperandum propediem nova quædam inſtituenda, quorum jam fundamenta jacta ſunt; & excellentiores plerique viri D ſeſe iiſdem conſecrarunt. Neque ſanè magis utilis Eccleſiæ Dei in quavis neceſſitate inſtitutio excogitari potuit, quàm hæc Oratoria, ut ex quibus coopitulatores idoneos pro temporis, & locorum exigentia abſque gravamine Reipublicæ, aut privatorum deſumere valent Epiſcopi, & Paſtores, ac ſecularium Clericorum dignitas non parum commendatur, & fulcitur. Quod expendens Hemrannus Ottenbergius Epiſcopus Atrebatenſis hoc anno 1626. vita hac defunctus, ingentem pecuniæ ſummam, quam parcimonia coacervarat, in Oratorii congregationem Duaci erigendam, inſtituendamque teſtamenti tabulis reliquit. Neque deſunt partibus ſuis *Henricus Franciſcus Vander Burg* Cameracenſis, Et *Jacobus Boome* Mechlinienſis Archiepiſcopus, in tam pio opere promovendo, frendentibus nequidquam pleriſque, qui hac ratione exiſtimationi ſuæ, & deſideriis multum detractum iri præſagiunt, & reformidant.

Etiam hoc anno 1627. fundamenta quædam congregationis hujuſmodi Antuerpiæ poni cœperunt. Deus cœpta ſecundet!

*Ordo Miniſtrantium Infirmis.

E Congregatio Clericorum Miniſtrantium infirmis ſumpſit exordium ab admodum R. P. Camillo Lælio. de Sellis, Theatinæ diœceſis, an. à Virgineo partu milleſimo quingenteſimo octogeſ. quarto, aut ſexto: qui cum quibuſdam ſuis ſociis, ſcil. P. Franciſco Propheta, P. Bernardino Norcino, P. Curtio Lodio, & P. Blaſio de Opertis, hujus congregationis obtinuerunt approbationem à Sixto V. Summo Pont. an. ſalutis milleſ. quingenteſ. octogeſ. ſexto. Quæ quidem congregatio poſtmodum à Gregorio XIV. an. Dom. milleſimo quingenteſ. nonageſimo primo fuit innumeris decorata privilegiis. Dictus P. Camillus primus Præfectus Generalis prædictæ congregationis, maxima cùm laude, animarum ſalute, congregationiſque profectu.

Bulla Sixti V. extat in *Bullario Regul. Emanuelis Roderici.*

*Ordo Clericorum Regularium Minorum.

Congregatio Clericorum Regularium Minorum principium habet in civitate Neapolitana ab admodum R. P. Auguſtino Odornio Genuenſi, & aliquot ejus ſociis, videlicet Joanne Franciſco, & Fabricio illuſtriſſimæ familiæ Caracciplorum, ſub Sixto V. Summo Pontifice, anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo octavo aut nono; fuitque poſtmodum F confirmata à Gregorio XIV. & à Clemente VIII. & privilegia Patrum Theatinorum fuerunt eiſdem conceſſa, adeòque omnium aliorum Mendicantium, per viam participationis. In urbe Neapolitana ſacratiſſimum, & antiquiſſimum templum ſanctæ Mariæ Majoris cum continuis, ac ferventiſſimis orationibus, aliiſque carnis macerationibus, ſumma cum laude, ac proximorum ſalute inhabitant. Qui quidem P. Auguſtinus Neapoli, biennio ferè poſt ſupradictæ congregationis fundationem, ſanctiſſimo fine quievit.

In urbe Roma dicti Clerici Regulares minores conventum habent ad S. Laurentium in Lucina, & alterum ad S. Agnetem in Agone.

Congregatio Clericorum, *Seu Presbyterorum B. Mariæ Magdalenæ.*

Hæc congregatio alio nomine dicitur congregatio Clericorum *de pœnitentia*, eſtque inſtituta Romæ initio Pontificatus Clementis Octavi; de fundatore nihil adhuc nobis compertum. G

---

* Reliquiæ.

Ac Primum.

*RELIQUIÆ CIBORUM.

Definitio, te Etymologia.

Reliquiæ Latinè dicuntur à relinquendo, quod nempe remaneant, ſive relinquantur ex re aliqua, & latiſſimam habent ſignificationem: dicitur enim de omnibus rebus materialibus, qualitatibus, affectibus, &c. quomodo etiam vocamus reliquias morborum eam debilitatem, & virium, & membrorum, quæ poſt gravem infirmitatem remanet. Propriè tamen apud auctores profanos ſumitur hoc nomen: ad denotandum ea fragmenta, quæ poſt epulas inſtructas, aut edulia diſtributa ſuperſunt, & à Græcis λείψανα vocantur, atque κλάσματα ἀπὸ τῦ κλάζειν à frangendo, ita Arnorbius vocat reliquiarum fragmina. loquens de quinque millibus à Chriſto paſtis ex quinque panibus hordeaceis, unde XII. cophini fragmentorum ſupermanſiſſe Evangeliſtæ tradunt. H

Usus Varius Gentilium.

Reliquiarum ſive fragmentorum, exempta epulis fame, diſpenſatio non una apud omnes. Siquidem pleriſque uſitatum, ut convivæ eadem domum deferrent, liberis, & neceſſariis impertienda, quod fortaſſis laude ſua non carebat, præſertim ſi convivæ eſſent pauperes, alioquin ruſticitatis ſummæ fuerit, ventre oppleto etiam manus velle onerare, & quaſi in totum expoliare hoſpitem ſuum.

Apud Homerum ut notat *Athenæus l.1. c.4.* convivæ reliquias non auferebant domum, ſed ſatiati illas relinquebant convivatori, quæ conda colligebat, atque ſervabat, ut hoſpitibus advenientibus dandi eſſet facultas.

Apud Romanos reliquiæ olim cedebant in ſervorum, atque vernarum uſum, quos illi non admittebant ad menſam, ut teſtis eſt *Lipſius in Saturn. l.1. c.ult.*

Hinc *Plut. l.2. Probl.4.* inter alias cauſas, ob quas Romani nonnunquam conſueverunt menſam prorſus inanem tollere, A hanc quoque adfert, quod ſemper aliquid conſueverunt à cœna relinquendum ſervis, illorum animo ſibi conciliandi cauſa, cum quibus menſam aliquo pacto communem habere viderentur.

Idcircò Perſarum quoque Reges, ut fertur, non amicis modò, & proceribus, ac ſtipatoribus ſolebant, de cœna portiones mittere, ſed ſemper ſervorum quoque, & canum cœna in ipſorum menſa proponebatur, quo nimirum hujuſmodi cibi communicatione illorum opera tantò fideliori uterentur.

Ejuſdem conſuetudinis Romanorum meminit *idem auctor in Quæſtionibus Rom. q.64. & Seneca l.11. epiſt. ad Marcellium* 18. his verbis: Quemadmodum cœna peracta reliquiæ circumſtantibus (miniſtri, qui ſervi ad pedes vocabantur) dividuntur, ſic peracta vita aliquid porrigi his, qui totius vitæ miniſtri fuiſſent.

Suetonius in Galba circa finem. Inter cœnam verò uſque eò abundantem, ut congeſtas ſuper manus reliquias circumferri juberet, ſpargique ad pedes ſtantibus, id eſt ſervis, menſæ miniſtris.

Alexandrum Severum, teſtatur *Ælius Lampridius*, ſemper B de manu ſua miniſtris convivii, & panem, & partes aut oleum, aut leguminum, aut carnis dare fuiſſe ſolitum, ita ut ſenili prorſus maturitate patrem familias ageret.

Paraſitos quoque olim hujuſmodi reliquias devorare fuiſſe ſolitos, Plautinæ comediæ ſatis teſtantur. Unde Saturio paraſitus *in Perſ.*

Nunc huc introibo, viſam heſternas reliquias,
Quieverint rectè, nec ne: num inſuerit febris.
Opertæ ne fuerint, ne quis obreptaverit.
Et alius Curculio, alius Paraſitus
In Curcul.
Et quidem reliqui in ventre cellæ uni locum,
Ubi reliquiarum reliquias reconderem.
Et Penicul. in Menach.
Ibo etiam, nam reliquiarum ſpes animum obiectat meum.

Fidelium.

Omnino epularum reliquias diligenter colligendas, cuſtodiendas, atque ſervandas eſſe, cum ipſe Chriſtus ſuo exemplo, atque præcepto, tum alii quoque viri cordati, atque ſa- C pientes docuerunt. Chriſtus enim, ut ſcriptum eſt *Marc.6. Matth.14.* reliquias epuli, quo magnam illam hominum turbam paverat, à diſcipulis ſuis non tam cibo corporeo, quam verbo ſuo refectis colligi, atque in ſportas duodecim recondi voluit, optimi ſcilicet, & prudentiſſimi patrisfamilias functus officio.

Apud multos viget mos hic planè Chriſtianus, ut reliquiæ vel omnes, vel maxima illarum pars mendicis, atque pauperibus diſtribuantur. Commendat eum morem *S. Chryſoſt. hom. 16. in decollat. S. Joan. Bapt.* Convivium honeſtate honoretur, lætitia menſæ pertingat ad pauperes Chriſti, familia innocentiæ tripudiet diſciplina, &c.

Solent certæ matronæ cordatæ apud Belgas, poſt celebria convivia inſtructa, reliquos cibos in Xenodochiorum, aliarumque miſerabilium perſonarum ſuſtentationem diſpenſare, ut & inde Chriſti membra etiam recreentur, & donantibus Deus benedicat, quem poſſe promereri ejuſmodi hoſtiis, Apoſtolus edixit. Panis egentium vita pauperis eſt, ait Salomon, *Prov.22.* qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt.

D RELIQUIÆ SACRIFICORUM. Apud Ethnicos.

Apud Ethnicos veteres fuit Sacrificium quoddam, quod vocabatur Protervia, in quo mos erat: ut ſi quod ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumeretur. Hinc Catonis locus eſt. Namque Albidium quendam, qui ſua bona comediſſet, & noviſſimè domum, quæ ei reliqua erat, incendio perdidiſſet, proterviam feciſſe dicebat: hoc eſt, id quod comedere non potuit, combuſſiſſe. *Macrob. Satur.2. c.2.*

L. Sylla cùm depoſita dictatura univerſi ſui patrimonii Herculi decimam conſecraſſet, ſplendidumque populo per multos dies epulum præbuiſſet, magnam quotidie cibariorum copiam, quæ reliqua fuerant, in amnem proiici curavit, quæ conſervari, & pauperibus diſtribui ſatius fuiſſet. *Athenæus ex Euripide* tradit τὰ λείψανα, id eſt, reliquias canibus obiici ſolitas: tametſi *Brod. l.1. Epigram. Græcorum* ibi Athenæum de apomagdaliis, quæ canibus obiiciebantur, non de περισσοῖς, id eſt reliquiis, quæ ſervorum erant, velit loqui.

Sudini Boruſſiæ populi, apud quos ſuccinum colligitur, facta meſſe, ſolemne ſacrificium pro gratiarum actione conficiunt, E quod Rutenica lingua Ozink, id eſt, conſummatio meſſis dicitur, in quo capro litant. Quo peracto & apparatis dapibus epulantur, atque helluantur, tota die, ac nocte uſque ad vomitum. Ebrii deinde ſummo manè extra villam progrediuntur, ubi reliquias epularum, quæ remanſerunt, certo in loco terra operiunt, ne vel à volatilibus, vel à feris diripiantur, teſtis eſt *Joannes Miletius in epiſt. de religioſis, & ſacrificiis veterum Boruſſorum ad Greg. Sab.*

Apud Calecutienſes mirabilis mos eſt, de quo ſic ſcribit *Ludovic. Roman. in ſua hiſt. Jud.* Rex illorum poſtquam edere deſiit, ſacerdotes quicquid eſt reliquiarum, in certum quendam locum transferunt, & in humo nuda collocant, deinde manuum compluſione corniculas aves nigricantes, quæ ad hujus uſum aluntur, excitant, quæ hujuſmodi ſigno dato in regias illas reliquias involant, illaſque devorant. Sunt hæ aves ſacroſanctæ, quæ lædere nefas eſt, & idcircò liberè, tutòque paſſim volitant.

Simili ferè more, atque conſuetudine, multi quoque Chriſtianorum reliquias ſuas avibus, quas animi, venationiſque gratia alere ſolent, obiiciunt, quas pauperibus dari longè ſatius, & Chriſtianæ charitati convenientius eſſet. F

Apud Judæos.

De reliquiis eorum, quæ apud Judæos offerebantur, ſic legimus *Levit 7.* Quòd ſi votum vel ſpontaneum fuerit ſacrificium oblationis ejus diei, quo ille obtulerit ſacrificium ſuum, comedetur, & ſequenti die comedetur, quod ſuperfuit ex eo. Quod autem ſuperfuerit de carne ſacrificii die tertio, igne comburetur. Si autem comedendo comedatur aliquid de carne ſacrificii pacificorum die tertia, non placebit offerens illud, neque imputabitur illi, abominatio erit, & anima comedens ex eo, iniquitatem ſuam portabit. *Levit.8. verſ.32.* Reliquias epularum ſacrificalium, quarum ſacerdotes erant participes, igni comburi præcepit: oſſa ſimiliter quæ quidem nefas erat frangere, & carnium ſacrarum reliquias ex epulo paſchali flammis adoleri, atque conſumi, nihilque in poſterum diem reſervari Deus voluit.

Hoc, ut Theologi volunt, Deus ſignificare voluit, ea, quæ mente capere non poſſumus, eo quòd intelligentiam noſtram G ſuperent, eſſe fidei flammis, & incendio committenda, nec ullo modo dubitandum, quin inſit in illis ſanctiſſimum aliquod ſapientiæ divinæ myſterium, aut prudentibus jam ratione perceptum, aut certè opportunis temporibus enuntiandum, ac ſimul intelligeremus, non eſſe tutum aliquid, quod ad veram animi ſanctitatem pertinet, differre, atque procraſtinare.

*RELIQUIÆ SS. EUCHARISTIÆ.

Quoniam in locum illius epuli Paſchalis ſucceſſit epulum Dominicum, de illius quoque reliquiis commoda hic ſeſe offert quædam dicendi occaſio, qua in re variam olim conſuetudinem fuiſſe reperio.

Hesychius Nazianzeni diſcipulus explicans illud *Levit.8.* Quicquid reliquum fuerit de carne, & panibus, ignis abſumet, indicat ſui ſæculi morem fuiſſe, ut ſi omnibus communicatis reliquum eſſet, incenderetur, & cremaretur.

Antiquitus tamen legimus, reliquias illas, vel à Clericis, vel etiam à pueris ludum literarium frequentantibus comedi, atque conſumi ſolitas fuiſſe. H

Huc facit Canon ille vetuſtiſſimus Clementis Pontificis quem *B. Rhenanus in lib. Tert. de coron. militis* citat, qui vetat, S. Euchariſtiam diutius quàm convenit aſſervari. Is ſic ſonat: Cùm timore Clerici reliquias corporis Dominici debent cuſtodire fragmentorum, ne qua putredo in Sacrario inveniatur. Et ſi negligenter agendo pro portione corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti presbyter minora non curat admonere officia, gravi anathemate percuſſus digna humiliationis plaga feriatur. Certè tanta in altari holocauſta offerentur, quanta populo ſufficere debeant: Quòd ſi remanſerint, in craſtinum non reſerventur, ſed cum timore, & tremore Clericorum, & diligentia conſumantur. Qui autem reſidua corporis Domini, quæ in ſacrario ſunt, conſumunt, non ſtatim ad communes accipiendos cibos conveniant, ne putent ſanctæ portioni commiſcere cibum, qui per aqualiculos digeſtus in ſeceſſum funditur. Si autem mane Dominica portio editur, uſque ad ſextam jejunent miniſtri, qui eam conſumpſerunt. Et ſi tertia, vel quarta hora acceperint, jejunent uſque ad veſperum.

rum. Sic ſecreta ſanctificatione æterna cuſtodienda ſunt Sa- A cramenta. Præcipimus etiam, ne cum extero Eccleſiæ, ſive Laico de fragmentis oblationum Domini ponatur ad menſam. Unde ſcis tu, qui paſſim ſacrarii panes indignis impendis, unde noſti, ſi à mulieribus mundi ſunt? Hactenus, inquit Rhenanus, Canonis Clementini verba retulimus.

Nicephorus l.17.c.15. deſcribens hiſtoriam de Judæi cujuſdam vitriarii puero temporibus Juſtiniani, circa annum Domini 250. narrat longo tempore conſuetudinem fuiſſe in Conſtantinopolitana Eccleſia, ut cùm poſt communionem pluſculum de partibus immaculati, divinique corporis reliquum eſſet, non reſervaretur, ſed ex ludo literario delecti quidam pueri accerſerentur, qui reliquias illas ederent. Hæc conſuetudo ex Clementis canone paulò ante allegato intelligi poteſt, qui dicit reliquias eodem die eſſe conſumendas à Clericis. Quando verò pluſculum ſuperat reliquiarum, quibus conſumendis clerici non ſufficiebant, adhibebantur in Conſtantinopolitana etiam Scholaſtici.

Cæterùm hoc tempore, quo Sacerdotum eſt frequentia, ſi quæ ſuperſunt reliquiæ, decenter reſervantur in Sacrario, ut ab aliquo celebrante poſtmodum reverenter ſumantur. Un- B de & diſtrictim præcipitur, ut ſpecies ſacramentales ſubindè mutentur, ne ullum ſit periculum corruptionis, aut alicujus indecentiæ.

---

* Reliquiæ Sacræ.

☞ *Vide ſuprà Religioſus cultus conſideratus reſpectu materiæ. Titulo Corpora ſacra, &c.*

* Definitio, et Etymologia,

Reliquias Sacras vocant Scriptores Eccleſiaſtici res quaſlibet, quæ hominum ſanctorum, & cum Deo regnantium fuiſſe exiſtimantur, vel quæ circa illos fuerunt, dum adhuc viverent. Sic ut ad reliquias Sancti alicujus non ſolùm pertineat quælibet ſui corporis particula, ſed & veſtes, & alia, quibus uſus in vita fuerat; ac inſuper ea, quæ ipſos tetigerunt, aut quomodolibet ad ſuos pertinuerunt.

C Quibus etiam poſſunt annumerari nonnulla alia, quæ poſt mortem ipſorum circa ipſaſmet reliquias fuerunt adhibita. Ut v. g. vel à quibus involuta ipſorum corpora, flores prope, aut circa eorundem ſepulchra creſcentes, pulvis è ſepulchris acceptus, oleum lampadum, aut lychnorum ad ea ſuſpenſorum, aqua, quibus corpora, aut veſtes ablutæ, & his ſimilia, quorum plenæ ſunt hiſtoriæ, & Patrum ſcripta, quæ teſtantur. Dum frequenter per iſta varios languores ſanaſſe, & miracula patraſſe. Nonnulla in progreſſu tradentur.

* VENERATIO, ET CULTUS AB Hæreticis Impugnatur.

Hæretici Sanctarum Reliquiarum cultum, & venerationem execrantur, & ſuperſtitionis, ac vanitatis arguunt, deteriores certè illis ſpiritibus nequam, qui Apoſtoli Pauli ſemicinctia, & ſudaria ſuſtinere non valentes, *Actor. c.19.* Eorum experti potentiam, ab obſeſſis vel inviti fuerunt egreſſi. Unde more canum eorum oſſa, & cineres eruunt, ipſos Sanctos crematuri, vel merſuri, ſi poſſent.

D Primus, qui inſenſatum hunc errorem docuit, fuit Euſtathius. Hunc ſecuti ſunt Eucomius, & Vigilantius, ut adfirmat *Hieron. cont. Vigil. poſt Epiſt.53. num.22.* Judæi, & Samaritæ, qui omnia corpora immunda aſſerunt. Etiam idem de Sanctorum corporibus ſentiunt.

Constantinus Copronymus Imp. omnes Sanctorum reliquias ſuſtulit, ut *Suidas in vita ipſius* tradit: ipſos etiam Sanctos cœlo deturbaturus, ſi Claudius quoque Taurinenſis teſte *Jona l.3. de cultu Imag.* potuiſſet, & Vvicleffiſtæ eundem errorem tenuerunt. De quo *Vide T. Waldenſ. to.3. tit.14.*

M. Lutherus reliquias, ut fidelium ſeductiones in terram abſcondendas ſcribit. Eumque ſequuntur Magdeburgenſes Centuriatores, qui more ſuo, circa originem in cultus SS. Reliquiarum multa comminiſcuntur, & ut apertius dicatur, impudentiſſimè mentiuntur, dum ſcribunt, eum cœpiſſe demum ſæculo quarto, aut quinto.

Calvinistæ inſuper ubicumque poſſunt Sanctorum Reliquias abiiciunt, exurunt, & cineres in flumen abiiciunt. Quod ab illis factum de corporibus SS. Irenæi, Hilarii, & Martini, quæ effoderant, refert Surius, dum ea cremata, & in profluentem projecta enarrat. Imitati in hoc Ethnicos, de quibus *Eu-* E *ſebius* commemorat *l.5. hiſt. c.3.* quod martyrum reliquias igne abſumptas in Rhodanum abjecerint.

Poſſent & merito Sancti illi uſurpare illud Poetæ:

Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria? Hoſpitio prohibemur arenæ,
Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra.

Audiant interim illi, qui in Divos, eorumque Reliquias impii, quod ſequitur.

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deum memorem fandi, atque nefandi.

* A CATHOLICIS ASSERITUR.
* Primum Ratione.

Reliquiæ ſacræ in natura ſua ſpecifica conſideratæ, & per ſe, nulla veneratione dignæ ſunt, ut quæ nullam virutem in ſe habent. At conſideratæ ut ſunt talium perſonarum, eas in illis apprehendendo, prout de Imaginibus etiam dictum eſt; dignæ non modò ſunt ea veneratione vulgari, quam filius pa- F tri, aut amico amicus, inferiori ſuperior defert, qua & annulum, & veſtem paternam pro adfectu libenter geſtamus: ſed inſuper religioſa, quæ pluſquam civilis ſit, conſiderando eas altius, relativè videlicet, per earumdem contactum, aut viſum, intentionem noſtram ad ipſos Sanctos quorum reliquiæ ſunt, referendo. Sic enim eodem cultu eas proſequimur, quo Sanctos ipſos: atque idem beneficium, eandemque virtutem his mediantibus aſſequimur, quam per ipſos Sanctos conſequeremur: Petri enim corpus non modò, ſed & umbra tranſeuntis ſanavit infirmos. Quomodo etiam Chriſti fimbria ſanavit mulierem eam tangentem. Totus autem hic cultus ex fide, & charitate erga Deum proficiſcitur, propter quem Sanctos, & ea, quæ circa illos ſunt, honoramus, & quanto major fides, & dilectio erga Deum, ejuſque Sanctos, eo major erga Reliquias cultus, & devotio, quam devotionem, uti, & fidem erga ſe, crebris miraculis Deus confirmat, & fideles ipſi ſuam erga eumdem fidem ſacrarum reliquiarum veneratione religioſa exercent, & teſtantur.

In quam rem non poſſum non meminiſſe elegantiſſimæ cenſuræ S. Ambroſii, citatæ à *Matthæo Radero in Epiſt. ad* G *Sereniſſ. Bojorum Principem T.1. Bavariæ ſanctæ* Honoro, inquit *S. Ambroſ.* in carne martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices: Honoro per confeſſionem Domini ſacratos cineres: Honoro in cineribus ſemina æternitatis: Honoro corpus, quod mihi Dominum meum oſtendit diligere; Quod me propter Dominum mortem docuit non timere: Honoro corpus quod Chriſtus honoravit in gladio: quod cum Chriſto regnabit in cœlo.

* Exemplis S. Scripturæ
Veteris Teſtamenti.

Diſceſſurus ex Ægypto Moyſes cum univerſo populo *Exod. cap.13.* Oſſa Patriarchæ Joſeph ibi recondita ſecum tulit in Palæſtinam, & honorificè tranſtulit. Ita enim ipſe mandaverat moriens, *Geneſ. ult.* Viſitabit vos Dominus, aſportate oſſa mea vobiſcum. Neque eſt negandum, quinetiam aliorum Patriarcharum corpora tunc etiam tranſtulerit, quamvis ſolius meminerit Joſephi Scriptura: eo quod Hebræos his adjuraſſet, ut id facerent. Conſtat namque *Actor. cap.7. verſ.16.* omnes Patriarchas in Palæſtinam translatos, & juxta Sichem ſepultos, neque apparet, quo tempore translati fue- H rint, ſi non in iſto.

Hiſtoria Scholaſtica narrat, quòd Nilus exundans eo anno, quo Hebræi egreſſi ſunt, operuerit loculum Joſeph; cùm ergo eum invenire non poſſet Moyſes, ſcripſit nomen Dei tetragrammaton in lamina aurea: illa autem mox enatavit ad loculum Joſeph, eumque detexit. Alii hunc loculum per ovem oſtenſum tradunt, ovem inquam, quæ Hebræos, & Loculum hunc comitata ſit per deſertum, idque ſignificari putant *Pſal.79. verſ.1.* Qui deducis velut ovem Joſeph. Sed hæ ſunt fabellæ Talmudicorum.

Item *Deut. ult. cap.* ut *Hieronymus* tradit *cont. Vigilantium*, Corpus Moyſis Deus honoravit propriis illud manibus ſepeliendo. Ita enim Script. mortuus eſt ibi Moyſes ſervus Domini, nempe ſuper montem Nebo; jubente Domino, & ſepelivit eum in valle Terræ Moab contra Phogor, ſcilicet miniſterio Angelorum, reſiſtente fruſtra Diabolo.

Hic *S. Judas in Epiſtola ſua* ait, Cùm Michael Archangelus cum Diabolo diſputans, altercaretur de Moyſis corpore, non,

non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ (eum blaſphema- A re, & conviciari) ſed dixit: imperet tibi Dominus. Ubi *Oecum.* ſic ſcribit: Dicitur Michael miniſterium præbuiſſe in ſepeliendo Moyſe: id non ferebat Diabolus, ſed accuſationem afferebat, Moyſen indignum eſſe ſepultura, eo quod occidiſſet Ægyptium, eumque ſepeliſſet in ſabulo: & proptereà non permittebat, ut honorificam conſequeretur ſepulturam. Cùm autem in hac controverſia Michael haberet occaſionem, ut diabolo malediceret, propter ejus impudentiam, non id fecit, ſed id tantum in eum intulit: Increpet te Deus, ò Diabole. Alii alias hujus altercationis afferunt cauſas, quas fusè recenſet *Serarius in Epiſtola Judæ.*

Extitit olim liber inſcriptus, Moyſis aſcenſio, ſcilicet in monte Nebo, in quo colloquia Moyſis jamjam morituri cum Deo habita, & ejuſdem ſepulchrum Angelorum manibus in occulto loco effoſſum, diſceptatio quoque Michaelis & diaboli percenſetur: ex quo hæc S. Judam accepiſſe cenſet *Origen. l.3. Periarchon c.2. & Clemens l.6. Stromat.* Ubi ex eodem loco refert; quòd Moyſes viſus ſit à Joſue, & Caleb, cùm aſſumeretur in gloria, inter Angelos.

Verùm *S. Athanaſ. in Synopſ. S. ſcrip.* hanc Moyſis aſcen- B ſionem, unà cum alia Scriptura, cui titulus eſt Teſtamentum Moyſis, inter apocrypha reiicit.

Cur verò Scriptura dicat *Deuter. c.34.* & non cognovit homo ſepulchrum ejus. Cauſa eſt. I. quia in honorem tanti viri, decuit eum non ab hominibus, ſed ab Angelis ſepeliri, loco hominibus incognito. Ita *Epiphan. hær.9. Oecum. in epiſt. Judæ Abul. qu.3. c.34. & Deut. & Philo*, qui ait Moyſen in ſepulchro tam admirando ſepultum eſſe, ut nullus hominum dignus fuerit unquam illud conſpicere.

II. Ne Hebræi corpus ejus, utpote Ducis, & legislatoris ſui, velut numen vel divinum quiddam colerent, ita *Theod. Procop. in cap.34. Deut. & Chryſ. Hom.1. in Matth.* Præſertim quia valde credibile eſt, corpus Moyſis, licet mortuum, conſervaſſe adhuc ſplendorem vultus, & decorem, quem ante habuerat, ſicut multis Sanctorum accidit, inquit *Bellarm. lib.2. de Reliq. Sanctorum cap. 24.* Atque hanc præcipuam fuiſſe altercationis Michaelis cum diabolo cauſam, ſcilicet quòd diabolus vellet Moyſis corpus, & ſepulchrum patere, & cognoſci à Judæis: Michael verò id ipſum nollet, ne eis eſſet occaſio idolola- C triæ, communiter docent tam veteres quàm recentes interpretes. *Epiſt. S. Judæ.*

Sic & S. Antonius moriturus diſcipulis ſuis mandavit: Nullus, inquit, ad Ægyptum meas perferat reliquias, ne vano corpus honore ſervetur, ne vituperati ritus à me ut noſtis, etiam circa me ſerventur obſequia: hujus enim rei gratia maximè huc ſum regreſſus, ut nemo præter hos locum tumuli mei noverit. Confido in Domino, quia neceſſariò reſurrectionis tempore hoc corpuſculum reſurget incorruptum. Diſcipuli ergo involutum, ut præceperat, corpus humo operuerunt: & nemo interim uſque ad hanc diem, præter eos, ubi conditum ſit, novit, inquit. *S. Athanaſ. l.4. Reg. c.23.* Cùm Joſias delubra Idolorum everteret, tantum abeſt, ut Prophetarum oſſa delenda exiſtimaret, ut cùm aliorum defunctorum cadavera in cineres redegiſſet, tamen ſancti prophetæ oſſa ibidem reperta aſſervari juſſit.

De ſepulchro Chriſti legimus apud *Iſaiam c.11.* In eum, hoc eſt (Meſſiam) gentes ſperabunt, & erit ſepulchrum illius glorioſum, quod de Chriſti ſepulchro omnes intelligunt, & explicat S. Hieron. *Epiſt. ad Marcell.* hoc modo ſepulchrum ejus ab D omnibus honorabitur.

Etiam David cecinit, adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus: Ergo & Hieroſolymis, & alibi ubi Dominus converſatus, & veſtigia poſuit, propter ſacrum illius contactum, & miniſteria obita, adorare licet, immò convenit. *Pſal.131.*

Ex Novo Testamento.

Neque reprehenditur Hæmorrhoiſſa, quòd fimbriam Chriſti tam ardenter deſiderarat contingere, *Matth. cap.9.* neque qui certatim ad umbram Petri attingendam currebant. *Actor. cap.5.*

Neque qui Pauli ſudaria, & ſemicinctia (quæ ex lino erant, genus veſtimenti, quo opifices utuntur inſtar gremialis ad arcendas à veſtibus ſordes) deferebant ad infirmos. *Actor. c.19.*

* MIRACULORUM PRÆROGATIVA E
Ex S. Scriptura.

De oſſibus Joſeph translati dicit Eccleſiaſticus, oſſa illius viſitata ſunt, & poſt mortem prophetaverunt *c.49.* non tantùm, ut placet nonnullis, quod juxta ipſius prædictionem fuerint aſportata: ſed etiam, quod ad illorum contactum Deus miracula quædam fieri permiſerit.

Ita 4. *Reg. cap. 13.* oſſa Helizæi prophetæ cùm tetigiſſent mortuum quemdam, continuò illum ad vitam revocarunt.

Hæmorrhoiſſa *Matth.9.* quæ omnem ſuam ſubſtantiam in medicos erogaverat, & jam annis 12. detinebatur fluxu ſanguinis, ſimul ac fimbriam veſtimenti Chriſti tetigit, illico convaluit. Qua in re ait *Hilarius Can.9. in Matth.* magna Dominicæ virtutis admiratio eſt, cùm poteſtas in corpus manens rebus caducis efficaciam adderet ſanitatis, & uſque veſtium fimbrias operatio procederet. Denique alio loco dicitur, quòd omnes certatim contendebant eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.

Etiam umbra Petri tranſeuntis, quæ ſanè inter reliquias minimum obtinet locum, ſanabat omnes. *Act. c.5. verſ.15.* ſic F ut in plateis eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis, ac grabatis, ut veniente Petro, ſaltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. Immò *S. Auguſtinus* ex quadam Traditione ſcribit, quemdam mortuum, Petro tranſeunte, umbra illius tactum reſurrexiſſe, *l. de catechiſ. rud. c.23.* certè hic impletam videmus illam Chriſti promiſſionem: Qui credit in me, opera, quę ego facio, & ipſe faciet, & majora his faciet. *Joan.14.*

Neque tamen umbra Petri curabat aut per ſe operabatur, cùm ſit tantùm privatio; ſed præſentia Petri exoptata, qua curabantur infirmitates, ſive ipſe eſſet cauſa moralis tantùm, ſive phyſica etiam inſtrumentalis.

Exiſtimat *Bozius l.15. de notis Eccl. c.15.* uno duntaxat ægro à Petro obumbrato, reliquos in plateas elatos ſanatos eſſe, quaſi id ſibi velint verba illa, obumbrarent quemquam illorum: & ſequentia, liberarentur ab infirmitatibus ſuis, quod etiam cenſet *Chryſoſtomus.*

Vincentius Ferr. ſerm. in Paraſceve, refert, quoſdam exiſtimaſſe Chriſti in Cruce pendentis umbram percuſſiſſe latronem, eique ſanctitatem contuliſſe. G

Ex iiſdem Actis Apoſtolicis conſtat, quòd virtutes non quaslibet Deus operabatur per manum Pauli, id eſt, valde magnas, & extraordinarias: Ita ut etiam ſuper languidos deferrentur à corpore ejus ſudaria, & ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur. *Actor.19. verſ.11. & 12.*

Historica.
Utputa.

Morbi Sanati.

Habet cum ſudariis, & ſemicinctiis Pauli quamdam ſimilitudinem Caliga Honorati, quæ admota cadaveri, illud reſuſcitavit, ut ſcribit *Greg. 1. Dialog. c.2.* eamque Libertinus, qui admovit, ob tanti Abbatis reverentiam, ſemper in ſinu geſtabat.

S. Auguſt. l.22. de Civit. c.8. plura exempla prodit ipſorum languentium plurima poſt contactum Ss. Reliquiarum relata veſtimenta, ſanitatem utramque attuliſſe. ☞ *de quibus* H *infrà.*

S. Epiphanius in vita Iſaiæ, Ezechielis, & Hieremiæ ſcribit à pluribus coli ſolita ſepulchra eorum ob multa beneficia, quæ in iis locis propter merita eorumdem Prophetarum Deus conferebat.

S. Baſilius oratione in Mamantem dicit, omnibus nota eſſe miracula, quibus martyr aliis ſanitatem, aliis vitam reddiderit.

Et oratione in Julittam, ſcribit, cùm reliquiæ Sanctæ Julittæ ad quendam locum adductæ fuiſſent, ubi laborabatur penuria aquæ, mox è terra erupiſſe fontem aquæ dulciſſimæ, ut videretur ſancta illa quaſi mater, vel nutrix communis, totam illam regionem lacte ſuo alere.

S. Gregorius Nazianzenus in oratione in Cyprianum: Omnia poteſt, inquit, pulvis Cypriani, cum fide, ut ſciunt hi, qui ipſi experti ſunt, & miraculum ad nos uſque tranſmiſerunt.

S. Chry-

S. Chryſoſt. in lib. contra Gentiles de reliquiis S.Babylæ mar- A tyris: ſententiæ, inquit, noſtræ abundè fidem faciunt, quæ quotidiana à Martyribus eduntur miracula.

Palladius in hiſtoria Lauſiaca, c.26. ad reliquias Philemonis multa miracula facta narrat.

S. Ambroſius ſermone de Sanctis Gervaſio, & Prothaſio, *& Epiſ. ad ſororem de iiſdem*, inter multa miracula facta refert etiam cœcum nomine Severum, arte lanionem, omnibus notiſſimum fuiſſe curatum ad cotactum feretri, quo reliquiæ portabantur. Ubi etiam non tacet *idem B. Ambroſius*, Arianos impudentiſſimè negare auſos illa miracula, quæ totus populus videbat.

S. Hieronymus lib. contra Vigilantium. Tu, inquit, ſæpius hoc viliſſimo tortus es pulvere, ubi dæmonem alloquitur, qui per os Vigilantii reliquias Sanctorum viliſſimum pulverem appellaverat.

Idem in Epiſt. ad Euſtochium de vita Paulæ, narrat, ad ſepulchra Eliſæi, & Joannis Baptiſtæ, atque Abdiæ, rugire dæmones conſueviſſe.

Idem teſtatur, magna indies fieri miracula ad tumulum S. Hilarionis. Quin tot miracula ad reliquias S. Stephani facta B ſcribit *S. Auguſt. l.22. de Civitate Dei c.8.* ut multis libris vix ſcriberetur.

Solo contactu veſtis S. Martini, mulierem à fluxu ſanguinis curatam refert *Sulp. in vita*.

Ad ſolum etiam contactum Sudarii Dominici quod Bizontii honoratur ejuſdem Eccleſiæ Canonicus Leonardus de Grueriis, ancipiti morbo liberatus fertur inter acta Capituli. *Ibidem*.

Ann. Domini M.DXLI. Antonius de Vergeo Bizontiorum Archiepiſcopus apoplexia correptus, & medicorum ope deſtitutus, ſubitò ſanitatem recepit, poſtquam domeſtici Chriſto in Sudario Veſuntino divinitus depicto vota ſua feciſſent. *Jac. Chifflētius in Chriſi hiſt. de S. litteris Chriſti c.21.*

De alio linteo ſacro, quod Taurini cuſtoditur, idem refert, quòd cùm adoleſcens quidam cum equo, cui inſidebat, è ponte caderet, pater eminus periculum viderit, & inclamarit. O ſanctum Sudarium, filium meum ſerva. Dixerat, & ecce contuſo equo adoleſcens evaſit illæſus, accidit hoc anno 1534. & verſu eventum depinxit Pigonius. *Idem ibidem*.

Idem *Pigonius* teſtatur plures mutos linguæ promptitudi- C nem, voto ad ſacrum linteum nuncupato, accepiſſe.

Præsidia In Bello Data.

Sicommotta auctor eſt, fuiſſe tempore Mauritii Imperat. Conſtantinopoli imaginem Chriſti Salvatoris nulla arte factam, & crebris miraculis coruſcantem, quam ſcribit à Philippico Mauricii ſororio circumgeſtari ſolitam, & inexplicabilem militibus alacritatem adjeciſſe, ubi hoſtium cuneos adventare videbat.

Eamdem Iconem poſteà Priſcus, qui Philippico ſucceſſit, adhibuit ad componendam exercitus ſeditionem: ac tandem Heraclius in Perſidem contra Coſdroem profectus, in acie circumtulit. *Vide Thophanem in Heraclio*.

Coniicere auſim, ait *Chifflētius ſupra c.35.* anno Chriſti D.LXXXI. in acie prolatam, cùm Tiberius Regem Perſarum Choſdroem variis præliis fudit, & Perſidem devaſtavit. Conjecturæ locum faciunt nummi Tiberii, & Juſtiniani nomine cuſi, in quibus averſa Chriſti effigies conſpicitur, veriſimiliter à D divina illa imagine mutata. Hæc ille.

Dæmones Fugati.

Finem non inveniet narratio, ſi recenſere volvero, quoties ad præſentiam ſacrarum Reliquiarum fugatus humani generis hoſtis. Exempla ex aliis locis petantur, unum hic dabimus de ſacra Sindone Taurinenſi: quæ cùm an. M. D. XXXV. ſpectanda de more proponeretur, adducti Energumeni ferreis vincti catenis, incondito ululatu omnia complebant: at explicato panno ſacro, ubi notas divini ſanguinis conſpexere, clamabant, Deus adeſt, en abimus, ac cum fulgore omnibus ſtupentibus eruperunt.

Quia fama eſt, perſæpe Cacodæmones cum ad Venetium Campum Sindon exhiberetur, è mortalium, quæ invaſerant, corporibus turbatos exceſſiſſe. *Jac. Chiffl. ſupra c.21.*

☞ *Videatur Locus de Chriſtiana religione, Miraculis.*

MORTUI RESUSCITATI, ALIIQUE Effectus Admirandi Patrati. E

Ubi non modo S. Reliquiarum virtus adſeritur, ſed etiam earum rerum, quæ ipſas Reliquias contigiſſent, ſtupendi effectus enarrantur.

Illud Reliquiarum virtutem maximè probat, quòd etiam ſudaria, vel vela, (quæ Sanctuaria, vel Brandea dicebantur) iis cùm tangendi facultas non concederetur, Majores admoverint, & poſtmodum his, tanquam rebus ſacris, ad res magnas perficiendas uſi ſunt, de quibus conſulendus eſt *Cæſ. Baron. in Martyrologio, 15. Junii*.

Quantam autem virtutem haurirent hujuſmodi vela, admota Sanctorum tumulis, locuples teſtis eſt *B. Gregor. PP.* ſcribens ad Conſtantiam Auguſtam *lib. 3. cap.30. & Greg. Turonenſ. de gloria Martyr. cap.28. & Dia. in vita Greg.*

Neque ſolùm velamina, & panniculi Reliquiis admoti; ſed & veſtimenta languentium, atque mortuorum, ſacris altaribus, ubi Sanctorum ſervarentur Reliquiæ, ſuperpoſita, virtutem quandam divinam hac ratione contraxerunt, poſteà F infirmis, aut mortuis adhibita, præſens remedium attulerint. Pro hac re eſt *S. Auguſtinus*, qui ad arguendam Gentilium impietatem complurium miraculorum ſuo tempore in Africa editorum Catalogum texit, eandemque gratiam floribus, qui iiſdem ſacrarum Reliquiarum loculis admoveri conſueverunt, impertiri ſolitam, pluribus monſtrat exemplis. *22. de civitate Dei c.8.*

Pulvis etiam, atque ſitus, qui circa martyrum ſepulchra inventus eſt, maxima propter martyres præditus fuit virtute.

Fidem hujus integram faciunt Patres ferè omnes; ſed imprimis *Greg. Nyſſen. Orat. in Theod.* qui de conſuetudine prædicti pulveris colligendi hæc ait: Si quis pulverem, quo conditorium, ubi martyris corpus quieſcit, obſitum eſt, auferre permittat: pro munere pulvis accipitur, atque tanquam res magni precii condenda terra colligitur.

Cæterùm quot, quantave miracula ex collecto pulvere circa Sanctorum ſepulchra jacente Deus operari conſueverit, verax teſtis eſt *B. Gregor. PP. l.3. Dial. c.17.* qui fideli, certaque atteſtatione refert, ex pulvere collecto ex altaris crepidine, G mortuum eſſe revocatum. Per virtutem Reliquiarum S. Stephani quinque mortuos vitæ redditos, ſcribit *S. Auguſt. l.22. de Civit. Dei c.5.*

Multa id genus habet de his, qui pleraque ipſe expertus fuit *Gregor. Turonenſ. de miraculis S. Martini l.2. c.1. & l.3. c.12. & l.4. c.32. & ſeqq. Item l.1. de gloria martyrum, c.62. & l.2. c.35. 42. 45. Item Baron. in An.*

Addo, quòd etiam à Sanctorum loculis ſeparata, ſi tamen in ipſorum impendatur honorem, eandem edendi miracula facultatem aſſecuta ſunt. Hoc de oleo manifeſtum, quo ex more in Eccleſia antiquitus obſervato, lampades circa ſepulchra Sanctorum ſolent accendi, eo enim unctum cadaver filii Irenæi, mox revixit, ut habet *Auguſt. 22. de civit. Dei c.8.*

Sic ingentia miracula edita ad oleum exychnis, ad martyrum ſepulturas refert *Theod. in hiſt. Sanct. Pat.*

De Ceræ particula, à S. Martini templo delata, commemorat Turonenſis, quod igni injecta totum incendium, quo domus ardebat, reſtinxit, & novo miraculo Cera, quæ ignem H alere eſt ſolita, violentiam ignis oppreſſit.

Illud etiam pro Reliquiarum gloria, atque argumenti confirmatione facit, quòd ipſa quoque dira pœnarum inſtrumenta, quibus martyres excruciati ſunt, magnam virtutem, atque vim ex Sanctorum membris hauſerint. Teſtatur id Lapis, quo B. Stephani Protomartyris brachium eſt percuſſum, de quo *S. Auguſt. ſerm.31. & 32. de Diverſis*, quod plurima per ipſum Anconæ, ubi religioſè ſervabatur, facta ſint miracula.

Teſtantur D. Petri catenæ: de quibus idem *Aug. ſerm. de Sanctis* 29. Meritò, inquit, per omnes Chriſti Eccleſias auro pretioſius habetur ferrum illud pœnalium vinculorum. Si tam medicabilis fuit adumbratio viſitantis; quanto magis catena vincientis. Si inanis quædam ſpecies vacuæ imaginis (umbræ) habere potuit in ſe vim ſalutis: quanto magis de corpore meruerunt attrahere ſalubritatis: ferreo pondere ſacris impreſſa membris vincula paſſionis.

Teſtatur & Craticula S. Laurentii, cujus miraculorum meminit *S. Gregor. Papa in Regiſt. l.2. epiſt.33.*

Hinc optimè *Gregorius Nazianzenus Orat.1. in Julianum.* A Quorum (loquitur de Martyribus) corpora idem poſſunt, quod animæ: ſive manibus contrectentur, ſive honorentur: quorum vel ſolæ ſanguinis guttæ, atque exigua paſſionis ſigna idem poſſunt, quod corpora.

Tertiò Idus Novembris anno Domini 1470. feriis ſancti Martini Turonenſis Epiſcopi pulchrum fit Brugis Flandriæ urbe miraculum per ſacratiſſimum ſanguinem Chriſti Domini. Mulier quædam infantem enixa, qui videbatur eſſe mortuus, non ceſſat inclamare ſacroſanctum Chriſti cruorem in templo Baſilii aſſervatum: pro conſolatione, bonaque fide, & fiducia ſua, omne, quod petiit, obtinuit. Poſt diem tertium, quo erat ſepultus, defoſſus infans vixit, & baptizatus eſt. Theodoricus Princeps ſeptimo idus Aprilis anni à Domini nativitate milleſimi centeſimi quinquageſimi, à ſacro bello quod cum Balduino Rege Hieroſolymitano geſſerat, revertens, incredibile dictu, quanto gaudio, & gratulatione à Flandris acceptus Princeps. Hoc ſacroſanctiſſimum paſſi Domini monumentum pars eſt, ut tradunt, precioſiſſimi ſanguinis, qui de Chriſti exanimi corpore, priuſquam ſepeliretur, fuit exterſus: anno verò milleſimo trecenteſimo trigeſimo primo, menſe Januario, in feriis divi Pauli Apoſtoli, ſacroſacer ille ſanguis, in B novam phialam cryſtallinam tranſpoſitus eſt, per Leoninum Abbatem Bertinianum in phiala cryſtallina Burgas deportatus, & in æde D. Baſilii collocatus. *Jacobus Meyerus An. Flandr. l.17. an.1470. & l.5. an.1150.*

Anno Domini M.DC.XVII. cùm admodum graſſaretur Montibus Hannoniæ metropoli lues epidimica, ſic ut potior Incolarum pars ea corriperetur, Sereniſſima Hiſpaniarum Infans Clara Eugenia, Brabantiæ Duciſſa, illuſtrium Virginum Canonicarum Collegio, quod ea in urbe celeberrimum exiſtit, dono miſit Os prægrande argenteæ cruci incluſum, V. Virginis Liduinæ, virtutibus, & miraculis claræ, quæ anno Domini 1433. obdormivit Scidami in Hollandia, unde illius corpus anno 1581. ſecretò transferendum curarunt ad Oratorium ſuum domeſticum piiſſimi Principes Albertus, & Iſabella, in eoque ſumma veneratione illius oſſa habent. Os verò, cujus paulò ante meminimus, die XIV. Septemb. in æde S. Vvaldetrudis collocatum fuit; nec defuit pietati merces, ceſſante paululum, & mox omni epidemia. *Ex Faſt. Belgicis Aub. Miræi.*

Cæterùm binas apud *Cæſar. Baron. to.8. Annal.* reperire eſt hiſtorias, quomodo SS. Reliquiarum beneficio præſtita ſit C immunitas à naufragio: unam *Anno* 590. *num.22. &* 52. alteram *an.598. num.33.*

A MIRACULIS, QUÆ CIRCA IPSASMET Reliquias Facta Utputa.

A Claritate earumdem, Integritate, & vigore.

Cùm Slavi occidiſſent Joannem, & Benedictū Camaldulenſes Monachos in ſolitudine, ut refert *I. Damian. in vita S. Romualdi 19. Junii, & Martinus Cromerus in ſua hiſt.* ad eorum corpora etiam nocte tenebroſa lumen aſſiduè affulſit: Quo factum ut plurimi id videntes, Chriſto nomen dederit.

Corpus S. Ermelindis virginis jacebat ignoto loco: acciditque, ut quidam eò faciens iter, longiùs progredi haud poſſet. Subſiſtens itaque, & media nocte experrectus, vidit immenſum inde lumen prodire: ubi illuxit, perrexit ad id conficiendum, cujus cauſa, viæ ſe dederat, deinde ad obſervandum re- D diit, & à Domino de corpore beatæ Virginis eſt certior factus. *Apud Sur. to.5. Oct.29.*

S. Joannes Chryſoſtomus in ſerm. de Sanctis Juventio, & Maximo, ſcribit, vultus eorum corporum ita ſplendere cœpiſſe poſt mortem, ut non poſſet in eos intendi ſine honore quodam, & planè tales fuiſſe, qualem deſcribit vultum S. Stephani S. Lucas *Actor.6.* cùm ait: intuebantur vultum ejus tanquam vultum Angeli.

S. Hieronymus in vita Hilarionis ſcribit, corpus ejus poſt decem menſes adhuc omninò integrum repertum, & tantis fragrans odoribus, ut delibutum unguentis videretur.

Sulpitius in Epiſt. ad Baſſulam ſocrum, de obitu S. Martini dicit, poſt mortem ejus in ipſius corpore figurati hominis apparuiſſe figuram: fuiſſe enim carnem ejus viro puriorem, lacte candidiorem, ut ſeptennis decorem oſtenderet.

Idem de corpore S. Franciſci refert *S. Bonaventura in vita.* De S. Eduardo rege Anglorum, qui ante annos CCCC. floruit. ſcribit *actor vitæ apud Surium* menſe Januario anno 36. ab ejus obitu, inventum eſſe corpus ipſius integrum, plenum ſucco, flexibile, ac ſi etiam tunc viveret, & non ſolum oſſa, E & carnes, illæſas, ſed nec pilos capitis, aut barbæ, nec veſtes, aut calceos læſos ulla ex parte fuiſſe.

Quid de corpore S. Andreæ dicemus, ex quo liquor mirificus perpetuò funditur?

Incorruptione.

S. Vvolfus Eremita, cujus vitam deſcribit *Greg. Turon. l.8. hiſt. Franc. c.15.* poſt mortem ſepultus eſt in Eccleſia, quam ipſe ædificaverat. Contigit autem eum locum, & per injuriam, incendium pati. Cùmque ſic ignis omnia conſumeret, mœſti cives de beati viri reliquiis turbari cœperunt, quòd eas velut fracto loculo detectas antiquitas reliquiſſet. Et ecce, ſedato igne, diligenter intuentes, oſſa viri ſancti ab hac uſtione intacta reperiunt, ac ſi nullum locus ille incendium eſſet paſſus. Inde verò Egeberti Treverorum Epiſcopi conſilio, cùm aliò transferrentur, ubi in majore reverentia haberentur, in itinere abundans pluvia deſcendit ſuper clericos, & populum, ſed ſuper feretrum, ne una quidem pluviæ gutta cecidit. *Apud Sur.21. Oct.4.*

Narrat *Vener. Beda lib. do locis ſanctis c.5.* ex relatione F Arnolphi Epiſcopi, Sudarium, quo Chriſtus involutus, à Judæo ablatum, & inter Judæos diù ſervatum fuiſſe, donec orta deſuper inter hæredes contentione, cùm Judæi Chriſtiani id ſibi deberi contenderent, res miraculo deciſa eſt anno 675. Mahuvias enim Saracenorum Rex, grandi accenſa pyra, Chriſtum precatur, ut oſtento aliquo litem dirimat. Miſſum ergo in ignem ſudarium, veloci raptu effugiens evolat, & ſummo aere velut lucendo volitans, ad ultimum, cunctis videntibus ſe in ſinum cujuſdam Chriſtiani depoſuit, quod illico omnis populus venerans oſculabatur: habebat autem longitudinis pedes octo. Non abſimile miraculum narrat *Leo Oſtienſis*, de linteo, quo Chriſtus præcinctus pedes diſcipulorum terſit, & refert *Baron. ad annum* 1014.

Etiam ſanctum Sudarium, quod Veſuntii ſervatur, & probabiliter eſt illud, de quo paulò ante *Beda*, an. MCCCXIX. graſſante latè ibidem incendio, cùm ipſam S. Stephani Eccleſiam invaſiſſet, & plures hierothecas abſumpſiſſet, Sudarium etiam igne abſumptum creditum fuit, ea fides annis aliquot obfirmata, donec ex inſperato repertum. Adverterunt enim quidam è ſublimiore loco, abdito ta- G men, ipſius Eccleſiæ, inuſitatum emicare ſplendorem. Unde re ad Canonicos delata, erutus locus, Sudarium, quod ut ſolet, in ipſo flammarum progreſſu ibi temerè injectum fuerat, integrum, nullaque ſui parte læſum, aut ſitu ſqualidum protulit: eſtque idem ipſum, quod hodie oſtenditur, & miraculis à Deo decoratur.

Simile eſt quod de Taurinenſi Sindone, dum adhuc Camberii ſervabatur, ſcribit *Pingonius*, & ex illo *Jac. Chifflētius in ſua criſi hiſtorica* Anno videlicet MDXXXII. dum menſe Decembri conflagraret ſacellum, in quo Sindon reponebatur, jamque capſa illius argentea liqueſceret; quidam animo imperterrito per medios ignes ad illam pervenit. Sindonem extraxit, eamque integram flammis cedentibus reportavit: niſi quod nonnullæ ambuſtionis notæ, velut miraculi teſtes in eo permanſerint. Scripſit etiam de hoc miraculo *Simon Majolus Epiſcopus Vulturarienſis Tom.1. Coll.2.*

De Reliquiis SS. Martyrum Ferreoli, & Juliani, integrè, & abſque corruptione ulla inventis, ſic ut ne quidem veſtimentum illius putridum appareret, ſcribit *Greg. Turonenſ.* libello H quem vulgavit *de mirac. S. Juliani*.

Narrat *Baron. in Annal. Tom.18. ad annum* 542. *num.25. in* Concilio Cæſarauguſtano ſecundo, quod tempore Reccaredi Regis in Hiſpania fuit celebratum, ſancitum fuiſſe, ut ſacroſanctæ Reliquiæ, quæ inventæ eſſent in Eccleſiis Arrianorum, per Epiſcopos igne probarentur, & tunc demum legitimæ cenſerentur, ſi ab igne remanerent illæſæ. Cui Concilio Epiſcopi XIV. ſubſcripſerunt.

Perſæ, victa Chalcedone, conati ſunt reliquias S. Euphemiæ martyris comburere, ac paleis undique in altiſſimam ſtruem congeſtis ignem immiſere. Et paleæ quidem flammas conceperunt, ſed incendium nihil ex arca tetigit. *Thom. Bozius de Not. Eccleſ. l.15. c.7.*

Anno Domini 1220. ſex an. ante mortem B. Franciſci Miramolinus, Saracenorum Rex, quinque Franciſcanos capite truncari juſſit 17. Cal. Februarii, ac eorum reliquias, ne à Chriſtianis ut ſanctæ venerarentur, igni comburi decrevit. Sed igne copioſo accenſo, cùm in eum ſanctorum corpora

jactarentur,hinc inde flamma declinans reliquit intacta;immò (quod dictu mirabile eſt) cùm unum de capitibus pluries in ignem projectum eſſet,divina operante virtute, de igne ſemper exiliens, nec in capillis eſt læſum: & nunc cum pelle, & capillis integrum demonſtratur: Nam Saraceni pretio ſumpto eas reliquias Chriſtianis vendiderunt.

Dacianus Tyrannus, cùm reliquias Vincentii martyris per nautas in mare proiici juſſiſſet. ☞ *Vide Locum de Reſurrectione. Tit. Reſurgendorum ſtatus in ſpecie, ſub finem.*

Sumus ſupra annum trecenteſimum, & quinquageſimum ſecundum, inquit *Bozius*, ex quo Ubaldus Epiſcopus Eugubinus è vita migravit, & tamen ego bis aſpexi vivida, immaculataque ejus membra, ac propius intuitus ſum ſacerdotum manibus attrectari, & in omnes partes verſari, perinde ac ſi caro viva eſſet, non corruptioni obnoxia, niſi modò extrema ſunt illi ambeſa. *Thom. Boz. l.15. de ſign. Eccleſ. c.3. tom.2.*

Teſtatur *Metaphraſtes*, ſe vidiſſe S. Antonomi Epiſcopi, & martyris reliquias in ſepulchro à mortis viribus manſiſſe invictas poſt ducentos annos, adeò ut etiam coma capitis eſſet illæſa, & formæ character conſiſteret integer, pelle firma,& intenſa, ne amiſſis quidem pilis labri ſuperioris. Figura quoque corporis ſuam conſervabat compaginem ſine ulla partium à ſe invicem diſiunctione. Sic munificus dominus ſcit viciſſim eos glorificare, qui ſuis membris voluerunt eum glorificare. *In vita ejus apud Sur. 5. Septemb.*

In oppido Harlebacenſi aſſervabantur S. Bortulphi Abbatis reliquiæ: igne injecto, accidit ut totum conflagraret unà cum ipſius Sancti æde. Quam cùm flammæ abſumerent, oſſa à medio in altum ſeſe attollentia proſilierunt in objectum veſtimentum ſacerdotis, quod è conſpectu incendii humi expanſum jacebat. *Thom. Bozius l.15. de ſign. c.7. to.2.*

Teſtatur *Card. Bellarm.* gravis auctor vidiſſe ſe Bononię corpus B. Catharinæ de Vigris integrum,atque incorruptum,cùm ante an. ſupra centum ſancta illa virgo de hac vita migraſſet.

Idem ſe vidiſſe ſcribit apud montem Flacum in Umbria corpus B. Claræ æque integrum, atque incorruptum, cùm ante annos CCC. virgo illa feliciſſima obierit, & quod majus adhuc miraculum videri poteſt, in ejus corde conſpiciuntur inſtrumenta Dominicæ paſſionis ex ipſa carne tam admirabili arte firmata,ut omnes,qui ea cernunt,cogantur dicere,veræ digitus Dei eſt hic. Ac, ut alia multa prætercam,quid poſtremò (pergit *idem Bellarminus*) de Agnete Politiana dicam? Floruit illa ante annos CCC. & vivens, & mortua multis,magniſque miraculis,quorum unum me puero contigit, cujus non ego ſolum, ſed tota civitas teſtis fuit. Ejus corpus incorruptum, atque pulcherrimum non ſemel vidi; de qua etiam à probatis auctoribus literis proditum eſt, cùm ad ejus ſacrum corpus viſendum,& venerandum S. Catharina Senenſis acceſſiſſet,pluviam cœleſtis roris,inſtar Man,ſupra utramque divinitus deſcendiſſe. Et cùm cives de ſacro illo corpore aromatibus condiendo cogitarent,ut diutius ſervaretur: continuò ſuaviſſimum liquorem inſtar balſami, ab eo corpore fundi,ac manare cœpiſſe;ut omnes intelligerent, corpus divina gratia conditum nullis aliis aromatibus indigere: ejus divini liquoris adhuc reliquiæ in Eccleſia cum ipſo corpore aſſervantur.

☞ *Pleraque ad hunc Titulum referantur ex Loco de Cadavere. Ubi de incorruptione eorumdem plura. Item ex Loco de Reſurrectione in fine.*

A Motione.

Corpus S. Quintini Martyris in Alveo fluminis occultatum jacuit annos quinquaginta quinque; poſteà autem cùm mulier quædam Romana divino monitu illud expiſcaretur, accidit, ut poſt multas ejus preces mirabili modo corpus ex imis fluctibus in altum ſeſe attollens, enatarit ad ripam, caputque ſimiliter aliunde eò ſe contulerit. *Apud Sur. in ejus vita 31. Octob. tom.3.*

Thomæ Herfodienſis in Cælesyria monachi vitæ ſanctiſſimę cadaver, ejus loci incolæ in communi advenarum monumento repoſuerant, aliis atque aliis plurimis ſuper illud congeſtis: poſtquam verò Deo ſervum ſuum cohoneſtante, corpus ipſius,identidem ea re tentata,ſemper ſuperiorem tenuit locum, cadaveribus reliquis divina quadam vi longè admodum ab ipſius corporis ſemotis,miraculi ejus ſpectatores ad Euphemium Epiſcopum rem retulerunt. Qua re,uti erat cognita,publicam, atque honorificam funeris pompam indixit, & corpus magnificè Antiochiam tulit, atque cum gloria multa in cœmeterio ſepelivit. *Niceph. Call. l.17. c.23. Ex Evagrio.*

* Ex Revelatione Divina.

Neque deſunt revelationes, per quas Deus ſanctorum corpora oſtendere fidelibus voluit, ut eadem debito cultu proſequerentur.

Ita B. Ambroſio revelata divinitus corpora SS. Gervaſii, & Protaſii, ut ipſemet ſcribit in epiſtola de hac re, quæ refertur in Tomis Surii.

Scribit hoc idem *S. Aug. l.9. Conf. c.8.*

Extat etiam epiſtola Luciani, in qua ſignificat ſibi divinitus oſtenſa corpora Sanctorum Stephani, Nicodemi, & aliorum: fuiſſe autem verum illud Stephani corpus, innumerabilia miracula oſtenderunt, de quibus Evodius libros duos conſcripſit.

Et *B. Aug. ſerm.91 ex novis*: Latuit, inquit, tanto tempore corpus ejus (Stephani) proceſſit,quando Deus voluit, illuminavit terras, tanta miracula fecit mortuus, ut mortuos faceret vivos, quia nec mortuus.

Adhæc refert *Sozom. l.5. c.8.* oſſa Sanctorum martyrum Neſtabi, & Eubſebii fratrum, quæ Gazenſes miſcuerant cum oſſibus camelorum, & aſinorum, ne à Chriſtianis internoſci poſſent, ſanctæ cuidam fœminæ divina revelatione oſtenſa,& ab eadem collecta fuiſſe.

Idem *Sozom. l.7. c. ult.* refert oſſa Abachuc, & Micheæ Epiſcopo cuidam revelata fuiſſe.

Idem l.9. c.2. refert Quadraginta martyrum reliquias divina revelatione inventas.

Beda de ſex ætatibus in Mariano, refert, caput Joannis Baptiſtæ ab ipſo Joanne revelatum duobus Monachis.

Idem in Zenone ſcribit, corpus S. Barnabæ cum Evangelio Matthæi ſuper ejus pectore inventum,ipſo Barnaba revelante.

☞ *Plura reperiet Lector in loco de Divitiis,Tit. Corpora Sanctorum inventa, Rapta.*

* A Conciliorum Auctoritate.

Ex Oriente habemus Concilium Nicænum II. *Act.* 3. quod vocat reliquias fontes ſalutares, quibus Deus multa beneficia hominibus præſtat, & *Act.*7. in ultima definitione jubet deponi Clericum, & Laicum excommunicari,qui reliquias Martyrum contemnit, & non ut rem ſacram cum honore tractat.

Itèm ex Oriente habemus Gangrenſe Concilium ante annos M.CC. *Canon. ult.* ubi anathema dicit iis,qui memorias martyrum, id eſt,loca,ubi ſunt martyrum reliquiæ,execrantur. Euſtadiani enim,contra quos coactum fuit Concilium, nolebant ingredi martyrum Baſilicas, ne corpora martyrum,quę ipſi immunda putabant, venerari viderentur.

Ex Africa, Concilium Carthaginenſe V. *Canon.*14. jubet, ut nulla altaria, vel memoriæ Martyrum dedicentur, niſi ibi ſint aliquæ Martyrum reliquiæ: & aliter dedicata evertantur, vel populus admoneatur, ne ea loca frequentet, nec ſuperſtitione aliqua teneatur, ſi colat videlicet quaſi martyris ſepulchrum, ubi revera non eſt corpus Martyris: At ſi eſt ſuperſtitio colere pro Martyris corpore id, quod non eſt revera tale: Religio igitur erit corpus veri Martyris colere, religioni enim opponitur ſuperſtitio.

Ex Hiſpania habemus Concilium Braccarenſe III. *Can.*5. ubi ſtatuitur, in ſupplicationibus thecam reliquiarum geſtari dedere manibus Epiſcoporum, aut aliorum ſacerdotum, populo præcedente, & ſequente.

Concilium Epainenſe in Gallia celebratum *Can.*25. jubet reliquias Sanctorum non poni in Eccleſiis,ubi non ſunt Clerici, qui ſacris cineribus pſallendi frequentia famulentur.

Ex Germania habemus Concilium Moguntinum, tempore Caroli Magni celebratum, in cujus *Can.*51. ſtatuitur, ne corpora Sanctorum tranferantur de loco ad locum, ſine Epiſcopi conſilio, & licentia S. Sycodi, quod certè ad honorem non exiguum ſanctarum reliquiarum pertinet.

Habemus denique ex Italia Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. *cap.* 62. ubi cavetur propter periculum fraudum, ne novas reliquias ullus publicè venerati incipiat, ſine auctoritate Summi Pontificis. Vnde eſt lex Canonica *cap. cum ex eo, de reliquiis, & Sanctorum veneratione*, cui ſimilis eſt lex, etiam civilis *C. de Epiſcopis, & Clericis, l. decernimus.*

* A Studio eas conquirendi, custodiendi, Alio mittendi loco Pignoris, et Muneris, &c. Recondendi in Altaribus, Baſilicis, &c.

Magnum ſane à naſcentis Eccleſiæ primordiis ſtudium, & labor erga SS. Reliquiarum theſauros, & pignora, à Catholicis Prælatis, & Principibus, viriſque ſanctiſſimis adhibita fuere, ut Annales omnium temporum demonſtrant. Quorum quidem hac in re ſeriem perquirere, non tam difficile, quàm tædioſum fuerit, cùm copia inopiam ſit paritura; pauca tamen ex iis præſenti loco adducemus, quæ propoſitam materiam illuſtrent. Narrat *Caſſ. Coll.6.* cùm Barbari olim in Palæſtinam,& Ægyptum excurrerent,& monachos vitæ ſanctitate ibidem commorantes trucidarent, corpora cæſorum tam ab illius Regionis Pontificibus,quàm ab univerſa Arabum plebe tanta veneratione accepta, & inter martyrum reliquias condita fuiſſe, ut innumeri concurrentes ex urbibus, uſque ad gladiorum conflictum, pro ſancta rapina, ut loquitur ipſe, decertarent. Aliis de vicina commoratione ipſorum, aliis de origine, aliis de notitia, & familiaritate, denique aliis de ipſorum reliquiis gloriantibus. Legatur *Baron. tom. 5. Annal. ad annum* 410. *num.* 59.

Porrò ex *Eunapio in vitis Philoſoph.* habemus, Gentiles conſueviſſe illudere Chriſtianis, quòd mortuorum oſſa conquirerent, & venerarentur, uti factum Alexandriæ ſcribit, teſte *Baron. ad annum* 55. qui ibidem *num.* 20 meminit corporis Sancti Xiſti martyris, jubente Gregorio, probati, & certo loco conditi.

Polycarpi martyris corpus, ut traditur in *Epiſt. Smyrnenſ.* Chriſtiani ſtudioſè conquirebant, ſic ut Gentiles Præſidem exorarent, ne illud cuiquam daretur, ne, inquiebant, Chriſtiani, Crucifixo illo relicto, hoc incipiant venerari. Attamen combuſto more Gentilium corpore, oſſa ejus ex cineribus ſelegerunt, lapillis pretioſis, auroque, locoque decoro, & conſentaneo repoſuerunt, ut habent verba Epiſtolæ apud *Euſ. lib.4. c.15. verſion. Ruf.* Ex quibus mos vetus tum in condendis, tum venerandis SS Reliquiis apparet, ac egregiè commendatur. Quin D. Cypriano capitis abſciſſione martyrii palmam conſecuto, certatim fideles ejus ſanguinem guttatim excipere laborabant, quin memoratur *in Actis ejuſdem Paſſionis*, à Pontio deſcriptis, quomodo Fratres linteamina, & oraria ante illius jam jam ſupplicio afficiendi pedes poſuerint, ne ſanctus cruor defluens abſorberetur à terra. Addit *Baron. tom.2. Annal. ad annum* 291. tanti faciebant Fideles reliquias ſacras Martyrum, ut ſudoris, ſi poſſent, guttas haurirent, & ſtillas ſanguinis etiam vidente, & invidente tortore, atque exorto gladio miniſtrante, quavis arte ſuſciperent, & reconderent.

Simile factum conſtat. *Ex Actis Martyrii S. Fructuoſi*, Chriſtianos eo paſſo, ad Amphitheatrum cum vino feſtinaſſe, ut ſemuſta Martyrum corpora extinguerent. Eoque facto ajunt, eorum cineres collectos, & prout quiſque potuit, ſibi vindicavit. *Baron. tom.2. Annal.*

S. Gregorius, ut *Acta illius* fidem faciunt, in majori Armenia aram Herculis evertit, & alteram Deo excitavit, depoſitis in ea Reliquiis præcurſoris Domini, & martyris Athenogenis Epiſcopi Sebaſtiani, quas idem Gregorius tranſiens Sebaſten ſecum detulerat. *Baron. Tom. 3. Annal. ad an.* 311. *num.* 27.

Etiam fundandæ Baſilicæ fundamenta reliquiis SS. Apoſtolorum, ac Martyrum conſecrata fuiſſe, traditur à *Paulino ep. ad Sever.* eaſque acceperat à S. Ambroſio, & Conſtantinopoli extat carmen illius Paulini, de reliquiis ibidem reconditis.

Sic & reliquiæ S. Joannis Baptiſtæ à Paganis diſſipatæ, & in Cineres redactæ, collectæ à fidelibus Athanaſio Epiſcopo traditæ perhibentur: quas ille in templum Auguſtiſſimum ſuper Serapidem erectum, ſub cavato ſacrarii pariete incluſit. *Ruffin. lib. 2. cap.* 28.

S. Germanus Epiſcopus Pariſienſis, & Galliarum Apoſtolus, erecta Baſilica S. Vincentii Lutetiæ Pariſiorum à Childeberto Rege, in Orientem profectus fuit, ut inde ſacra aliquot pignora deferret, quæ à Juſtiniano Imp. obtinuit, atque in eadem Baſilica collocavit. *Vide de illis infra, Reliquas ſacras Gall.*

Sed & Regina Radegundis Clotharii conjux ſanctiſſ. etiam Legatos ſuos miſit in Orientem, ad perquirendas Sanctorum Reliquias, *Surius to.4. lib.2. die 13. Aug.* Poſtquam verò monaſticam vitam amplexata fuit, eas aggregavit, & velut gemmas pretioſas, ait *S. Bandomina apud Surium*; muneribus, ac precibus ut haberet, effecit: atque apud illas meditari, pſalmos,& hymnos ſibi depromere videbatur. Quin ubi cognoverat, Hieroſolymis, Mammetis, alii Mammantis martyris corpus quieſcere,inſtar hydropicæ ſitiens, ejus reliquias avidè hauriebat,quas etiam à Patriarcha mox impetravit. Uti & ab Imperatore, fragmentum ligni vivificæ Crucis, & reliquias SS. Apoſtolorum & Martyrum.

Cæterùm longum foret his immorari, uti & referre, quoties à Romanis Pontificibus ad Reges Chriſtianos variis locis miſſa ſacrarum Reliquiarum pignora, & ab his maximi theſauri loco ſuſcepta fuerint. Conſulat Lector *Baronii Annales.*

* A Translatione earumdem, jam olim, hodieque usurpata.

Negari non poteſt, quin jam olim ſacræ Reliquiæ ex loco in locum cum ſolemnitate fuerint translatæ, eaque honorifica translatio ad earundem venerationem plurium conducat.

Prima, & antiquiſſima translatio fuit oſſium Joſephi ex Ægypto in Palæſtinam à Moyſe facta. *Exod.* 13.

Deinde translatio reliquiarũ SS. Petri,& Pauli,quæ facta eſt ipſo tempore,quo paſſi ſunt,ad Catacumbas. *Gregor. l.3 epiſt.* 30. Tum eorundem corporum translatio à Catacumbis, partim ad Vaticanum: partim ad prædium Lucinæ in via Hoſtienſi.

Cornelius Papa epiſt. 1. *Ruffinus lib. 2. cap.* 28. deſcribunt translationem reliquiarum Joannis Baptiſtæ ex Palæſtina Alexandriam.

S. Hieronymus lib. contra Vigilantium ſcribit,tempore Conſtantini Imperatoris translatas Conſtantinopolim, Andreæ, Lucæ, & Timothæi reliquias.

Idem ſcribit tempore Arcadii translatas ex Judæa in Thraciam reliquias Samuelis prophetæ, tanto honore, ut in vaſe aureo ab Epiſcopis reliquiæ portarentur, comitante tanta populorum frequentia, ut à Palæſtina uſque ad Chalcedonem jungerentur populorum examina.

S. Ambroſius initio exhortationis ad Virgines: Ego, inquit, ad Bononienſe invitatus convivium,ubi ſancti Martyris celebrata translatio eſt,apophoreta vobis plena ſanctitatis, & gratiæ reſervavi.

Aug. lib.9. Conf. cap.7. Cùm, inquit, corpora Sanctorum Gervaſii, & Protaſii propalata, & effoſſa digno cum honore transferrentur, &c.

Chryſoſt. lib. de S. Babyla deſcribit, quanto honore reliquiæ martyris translatę ſint.

*Sozom. lib.7. cap.*10. deſcribit translationem reliquiarum S. Chryſoſtomi.

*Evagrius lib.1. cap.*16. narrat,quomodo corpus S. Martyris Ignatii Antiochiam ſit translatum ſub Imper. Theodoſio.

De translatione ſacrarum reliquiarum ipſius Chriſti Salvatoris noſtri hæc ſcriptis tradita reperiuntur. Conſtat namque ex *Damaſceni lib.4. c.17. & Niceph. lib.2. c.7.* teſtimoniis, Abagarum Regem Edeſſenorum, eximium pictorem miſiſſe ad Chriſtum, qui accuratè ipſius effigiem exprimeret: at cum per emicantem inde ſplendorem id pręſtare nulla ratione poſſet. Salvatorem re cognita, texto linteo ſui imaginem impreſſiſſe, & Abagaro tranſmiſiſſe. Hanc inquam imaginem, poſt crebra miracula per eam à Deo patrata, Edeſſa Conſtantinopolim translatam oſtendit *Baronius*,anno Chriſti D CCC. XLIV. *num.* 5. Imperante Romano Lacapeno. Eſtque hujus rei teſtis *Zonaras*,& *Curopalates*, qui ſcribit, Edeſſenos obſeſſos pretio hujus imaginis ſeſe redemiſſe, eamque ab Imperatore exceptam, cum ſplendido,ac decenti ſatellitio, per regii cubiculi pręfectum Theophanem ad urbem Regiam translatam. Rem totam longa oratione proſequitur *Conſtantinus Porphyrogenitus*, citatus à *Jacobo Chiffletio in Chriſt hiſtorica de linteis ſepulchralibus Chriſti*, *cap.*23.

De Sudario Veronicę nota eſt hiſtoria, velum fuiſſe capitis, ſive peplum, quòd ipſa qua erat religione, ſtans prę foribus domus ſuę, Chriſto porrexit,quo faciem ſuam ſudore, & cruore diffluentem detergeret. Qui proinde imaginem ſui vultus illi perfectè impreſſit. Hoc autem peplum triplicatum fuiſſe arbitrantur, ac triplicem imaginem ſuſcepiſſe, quarum una Romæ, altera in Hiſpania, tertia Hieroſolymis ſervatur. De ejus translatione, quę eſt Romę, libellum M. S. ſervari in Vaticana Bibliotheca, *Baronius* teſtatur anno XXXIV. *num.* 138. & *Molanus* ſub Tiberio factam cenſet *lib.* 4. *Imag. cap.* 2. & hiſtoriam *Thoma Stapletonio* Romę viſam tradit.

Bonifacius VIII. Idem ſudarium ex templo S. Spiritus, ubi prius oſtendi ſolebat, tranſtulit ad Baſilicam Principis Apoſtolorum, ſuiſque manibus ex loco eminentiore oſtendit Jacobo Aragonum, & Carolo Siciliæ Regibus.

Paulus V. nuper transferri idem juſſit in novam S. Petri Baſilicam, die 21. Martii, an. M.DC.VI. Plures autem ad Romanum archetypum factæ imagines alibi in veneratione ſunt, & miraculis coruſcant.

Eſt & aliud Sudarium, ſive linteum, quod Theandrici corporis effigiem, quam ex Chriſti demortui contactu refert, habet, translatum ex Palæſtina Veſuntium, ubi honorificè etiam hodie colitur, quamvis hiſtoriam translationis non æquè certam conſtet apud omnes, volunt fæminam Judæam Chriſti fide imbutam, turbatis in oriente rebus, initio ſæculi duodecimi, magno ære redimi permiſiſſe, & Eccleſiaſtico Veſuntino conceſſiſſe, qui proinde Eccleſiæ S. Stephani illud tradiderit. *Vide Chifffletium ſup. cap. 9.*

Fuit inſuper alia Sindon, ſive Sudarium Chriſto mortuo adhibitum, dum adhuc corpus cruentum, ac recens de cruce eſſet depoſitum: prior enim eundem exceperat jam aromatibus conditum. Hanc autem in familiam Principum Sabaudię, occaſione conjugii cum Carolotta Cypri Regina initi perveniſſe, *Philibert. Pingonius, Baro Cuſiacenſis, lib. peculiari ſcribit cujus tit. Sindon Evangelica.* Primum itaque Camberium in Sabaudia, deinde an. M. D. III. exportata legitur, ut Philippo Hiſpaniarum Regi exhiberetur in Sebuſianis: poſt à Claudia Duciſſa in arcem Billiacam translata. Exinde ann. M. DXXXV. in Subalpinos à Carolo Duce: ac tandem poſt an. XXVII. reverſa: denique aliis annis XVI. evolutis, Auguſtam Taurinorum invecta fuit. Singula perſequitur *Pingonius* ſuprà.

Sereniſſimus Belgarum Princeps Albertus, qua erat erga Deum, & Sanctos religione, oſſa S. Martyris Alberti Epiſcopi Leodienſis, ab Eccleſia Remenſi, ubi eadem annis CCCC. quieverant, levari juſſit, magnoque devotionis affectu, ad Eccleſiam monialium Diſcalceatarum in oppido ſuo Bruxellenſi pridem à ſe ædificatam, & dotatam, cum ſolemni proceſſione, ritè, & canonicè tranſtulit, ſuiſque humeris invexit die XI. Decemb. an. 1612. *Aub. Miræus in Faſtis Belgic. 21. Novemb.* Quære ſuprà *tit. miracula virtute Reliquiarum patrata*, aliam hujus principis pietatem.

☞ *Vide plura de pia S. Reliquiarum translatione, in loco de Religione tit. cultus Religioſus conſideratus reſpectu materiæ, ubi multa de hac re.*

* Ab Usu.

Solent à viris Apoſtolicis tam ab initio laborantis Eccleſiæ Reliquiæ eorum, qui pro illius propagatione ſanguinem ſuum fuderunt, ſub altaribus recōdi, & in Baſilicis de quo vide paulo ante, item cum ſumma veneratione è collo ſuſpenduntur ab utriuſque ſexus, & ordinis Catholicis, qui ſe earundem prę ſidio tutos cenſent adverſus dæmonum machinationes, & caſus adverſos, reſque hæc crebris miraculis, quorum exempla nonnulla ſupra tradidimus, probata fuit, quorum etiam pleraque petantur ex *loco* paulò ante allegato, *de Religione.*

* Ab Honore a veteribus Impenso.

Euſebius l. 7. hiſtor. c. 15. de pede ligneo S. Jacobi Apoſtoli: Servatur, inquit, cum ingenti ſtudio, velut à majoribus tradita memoria ſanctitatis, & cum magna veneratione habetur. Hæc ille. Non ergo rideant Lutherani, ſi quando audiunt Romæ cathedram S. Petri ligneam honorari.

S. Athanaſius in vita B. Antonii, ſcribit ſibi ab Antonio relictum pallium tritum, & addit: Legatarius Antonii Benedicti, qui tritum pallium, cum melote imperio ejus meruerat accipere, Antonium in Antonii muneribus amplectitur, & tanquam magna hæreditate ditatus, lætanter per veſtimentum recordatur imaginem ſanctitatis.

De eodem magno Antonio refert *Hieron. in vita Pauli primi Eremitæ*, cum Pauli tunicam ex foliis palmarum contextam Antonius adeptus eſſet, ob ipſius Pauli reverentiam, illam induere ſolitum in diebus tantum ſolemnibus Paſchę, & Pentecoſtes: & dicere, ſe illam cuivis purpuræ præferre.

S. Baſilius oratione in quadraginta *Martyres* loquens de reliquiis ipſorum per totam illam regionem diſperſis: Hi ſunt, inquit, qui noſtram regionem adminiſtrant, & veluti turres quædam cohærentes ſecuritatem ab hoſtium incurſu exhibent, non uno loco ſeipſos includentes, ſed multis jam locis hoſpites facti, & multas patrias exornantes.

Gregorius Nyſſenus orat. in Theodorum *Martyrem, in initio*: Anima quidem, inquit, ex quo ſublimis abiit, in ſuo loco requieſcit, & corpore ſoluta cum ſui ſimilibus unà vivit. Corpus verò venerandum, & immaculatum ipſius inſtrumentum, cum multo honore, & cultu compoſitum, atque ornatum, in auguſto, ſacroque loco ſitum eſt. Deinde narrat multis verbis eos, qui templa Martyrum ingrediuntur, primò mirari molem ædificii, deinde parietes, & pavimentum pulchrè ornata, tum ſtatuas, & picturas varias; & ſubjungit tandem: Ubi his, inquit, oculos oblectavit, cupit deinceps ipſi conditorio appropinquare ſanctificationem, ac benedictionem contractionem eſſe credens: quod ſi qui etiam pulverem, quo conditorium, ubi martyris corpus quieſcit, obſitum eſt, auferre permittat, pro munere pulvis accipitur, ac tanquam res magni precii condenda terra colligitur, nam ipſas attingere reliquias, ſi quando aliqua ejuſmodi proſpera fortuna contingat, ut id facere liceat, quàm id ſit multum deſiderandum, & optandum, ac ſummarum precum donum, ſciunt experti, & ejus deſiderii compotes facti.

Gregorius Nazianzenus orat. 1. in Julianum paulò ante medium, prehendens Julianum, quòd cùm falſorum Deorum monumenta veneraretur, veri Dei amicorum, & martyrum corpora deſpiceret: Non victimas, inquit, pro Chriſto cæſas reveritus es! (& aliquot interpoſitis) quorum vel ſola corpora idem poſſunt, quòd animæ ſanctæ, ſive manibus contrectentur, ſive honorentur: quorum vel ſolæ ſanguinis guttæ, atque exigua paſſionis ſigna idem poſſunt, quod corpora. Hæc non colis, ſed contemnis, & aſpernaris, qui Herculis rogum, ex calamitate, injuriiſque mulieribus illatis excitatum, admiraris.

S. Joannes Chryſoſtomus ſermone de SS. Juventio, & Maximo, primum laudat eos, qui corpora illa inhumata relicta piè rapuerunt, etiamſi cum periculo vitæ ſuæ. Deinde ſubjungit: Idcircò ſæpius eos inviſamus, tumulos adornemus, magnaque fide reliquias eorum tangamus, ut inde benedictionem aliquam aſſequamur. *Vide eundem hom. ult. in Epiſt. ad Romanos*, ubi dicit, Romam excellere omnibus urbibus, propter corpora Petri, & Pauli.

Idem homil. 61. ad populum, comparat reliquias, & ſepulchra Sanctorum cum ſepulchris, & cadaveribus Imperatorum, & Regum, & oſtendit illa ſummo honore coli, iſta deſerta, & abjecta eſſe: & pulchrè dicit, ſummum honorem Conſtantino fuiſſe, quod potuerit fieri janitor B. Petri, quia nimirum ſepultus erat ad fores ejus Baſilicæ, ubi conditæ erant aliquæ particulæ B. Petri reliquiarum.

Theodoricus l. 8. ad Græcos de Martyribus: Ac animæ quidem, inquit, triumphatorum martyrum in cæleſti nunc patria vitam agunt, Angelorum choris interſitæ. Eorum verò corpora, non ſingula quidem ſingulis monumentis conduntur, ſed civitates, oppida, paganique conventus hæc inter ſe fortitò partiti ſunt, laborantibuſque animis, ac ægrotis corporibus ſalutaria eis confiteri non ceſſant.

Denique *Ioannes Damaſcenus lib. 4. c. 16. de fide Orthodoxa*, copioſè diſputat de martyrum reliquiis venerandis.

Jam ex Latinis, *S. Ambroſius ferm. 39. de SS.* Nazario, & Celſo *in fine*: Quod ſi dicas mihi, inquit quid honoras in carne jam reſoluta, atque conſumpta? honoro in carne martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices, honoro viventis memoriam perennitate virtutis: honoro per confeſſionem Domini ſacratos cineres: honoro in cineribus ſemina æternitatis: honoro corpus, quod mihi Dominum oſtendit diligere, quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reverentur & dæmones? quod & afflixerunt in ſupplicio, ſed glorificant in ſepulchro? honoro itaque corpus, quod Chriſtum honoravit in gladio, quod cum Chriſto regnabit in cœlo.

Maximus ſerm. de SS. Octavio, *Adventore, & Solutore.* Cuncti, inquit, Martyres devotiſſime percolendi ſunt, ſed ii præcipuè venerandi ſunt à nobis, quorum reliquias poſſidemus.

Gaudentius Epiſc. Brixiæ, tractatu de dedicatione Baſilicę: Ut venerandas Ss. reliquias haberemus, Deus noſter tribuit, deinde ut hanc honori eorum Baſilicam fundare valeremus, ipſe largitus eſt, &c. Vide totum tractatum, ubi multa de cultu reliquiarum loquitur.

S. Paulinus natali tertio S. Felicis de urbe Roma loquens, ob reliquias Apoſtolorum ſic ait.

Nam prius imperio tantùm, & victricibus armis,
Nunc & Apoſtolicis terrarum es prima ſepulchris.

Ibidem:

Ibidem:

Martyris ad tumulum debet & terra coronas.

Prudentius *in hymno de* S. Laurentio.

O ter, quaterque, ò ſepties
Beatus urbis incola,
Qui te, ac tuorum cominus
Sedem celebrat oſſium.
Cui propter advolui licet,
Qui fletibus ſpargit locum,
Qui pectus in terram premit,
Qui vota fundit murmure.
Vix fama nota eſt, abditis
Quàm plena ſanctis Roma ſit,
Quam dives Vrbanum ſolum
Sacris ſepulchris floreat.

S. Hieronymus in lib. adverſùs Vigilantium. Dolet inquit, Martyrum reliquias pretioſo operiri velamine, & non vel pannis, vel cilicio colligari, vel proiici in ſterquilinium: ut ſolus Vigilantius ebrius, & dormiens adoretur.

Idem in Epiſtola ad Marcellam, quam ſcripſit nomine Paulæ, & Euſtochii inter alia bona, quæ ſunt in Palæſtina, numerat poſſe adorari ſacros cineres Joannis Baptiſtæ, Heliſæi, & Abdiæ, qui ibi ſervantur.

Ruffinius lib. 11. cap. 28. cùm Gentiles tempore Juliani oſſa B. Joannis Baptiſtæ apud Sebaſten Palæſtinæ igni cremarent: Quidam, inquit, cùm tantum nefas humanis quidem manibus, ſed mente ferina fieri viderent, mori gratius habentes, quàm hujuſcemodi piaculo funeſtari, inter eos, qui oſſa ad exurendum legebant mixti, diligentius, ac religioſius congregantes, furtim ſe vel ſtupentibus, vel inſanientibus ſubtraxere, & ad religioſum patrem Philippum venerandas reliquias pertulere, &c. *vide eundem lib. eodem, cap. 33.*

S. Auguſtinus epiſt. 103. ad Quintianum: Portant ſanè Latores Epiſtolæ reliquias beatiſſimi, & glorioſiſſimi Martyris Stephani: quas non ignorat ſanctitas veſtra, ſicut & nos fecimus, quam convenienter honorare debeatis.

Auctor libri de Eccleſiaſticis dogmatibus, cap. 73. SS. corpora, & præcipue beatorum Martyrum reliquias, ac ſi Chriſti membra ſinceriſſimè honoranda credimus.

S. Leo in Serm. de S. Laurentio, de craticula ejus loquens, Nam quid, inquit, non ad victoris gloriam ingenium trium reperit, quando in honorem tranſierunt triumphi etiam inſtrumenta ſupplicii.

S. Gregorius *lib. 5. epiſt. 50. ad Palladium*: Quia reliquias, inquit, ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, nec non Laurentii, atque Pancratii martyrum, cum veneratione præbuimus, hortamur, ut eas cum reverentia ſuſcipere, & collocare; auxiliante Domino, debeatis.

Idem lib. 3. epiſt. 30. Conſtantiæ Imperatrici petenti caput S. Pauli reſpondit, ſacrilegium eſſe corpora tantorum Sanctorum tangere, vel inſpicere. Ibidemque narrat, multos repentina morte obiiſſe, quod præſumpſiſſent ad corpora Sanctorum tangenda, vel aſpicienda propius accedere; & tandem pollicetur ſe miſſurum aliquid de raſura catenarum P. Pauli, ſi tamen limando aliquid detrahere poterit; cam enim eſſe catenarum illarum conditionem, ut pro dignitate, vel indignitate petentium, aut ſine mora ulla ramenta de catenis lima excutiantur, aut nihil omnino excuti poſſit, etiamſi totis viribus quis limando laboret.

S. Gregorius Turonicus lib. de gloria Martyrum, & Confeſſorum, nihil ferè aliud tractat, ut ſupervacaneum ſit aliquid indè velle decerpere.

Omitto Bedam, Bernardum, ac poſteriores, quod de fide ipſorum ne adverſarii quidem dubitent.

Henricus Rex Othonis Saxonum Ducis filius; ut erat Deum timens, & amator religionis Eccleſiaſticæ, ubi percepit Rodulphum Burgundionum Regem habere Lanceam, qua Chriſti latus transfixum fuit, cœleſte, & inæſtimabile donum, quod quidem Rodulphus pro ſummo amicitiæ munere à Sampſone Comite acceperat, miſſis ad eum Legatis; tentavit multis oblatis muneribus, ſi ab illo impetrare, & ſibi adverſus tum viſibiles, tum inviſibiles hoſtes, arma invictiſſima, triumphumque perpetuum reportare poſſet: At Rodulpho Rege ſe id nulla unquam ratione daturum aſſeverante, modis omnibus Henricus Rex, quem muneribus emollire non poſſet, minis intentatis frangere conatus eſt, affirmans ſe omne ejus regnum ferro, & flammis vaſtaturum. Sed quia illud, quod petebatur, munus ejuſmodi erat, quo olim Deus terrena cæleſtibus utraque pacificans conjunxit, Rodulphi Regis animus tandem divinitus eſt emollitus, ita ut juſto Regi juſta petenti annueret. Quo autem amore donum hoc eximium Rex Henricus complexus ſit, hoc ipſo vel maximè declaravit, quòd non modò auri, & argenti muneribus Rodulphum Regem honoravit, verùm etiam Sueviæ Provinciæ non minima parte donavit. Deus autem, qui cordium inſpector eſt, & bonas muneratur voluntates, qua mercede hujus rei cauſa pium Regem Henricum in æterna vita affecerit, quibuſdam indiciis etiam in hoc ſæculo prodere voluit, quando hoſtes ipſum incurrentes, hoc victorioſo ſigno præeunte, ſemper terruit, atque fugavit. Tali igitur occaſione, divina favente voluntate, ſanctam illam lanceam Rex Henricus adeptus eſt, quam filio, non minori veneratione ab ipſo conſervandam (uti non paucæ teſtantur victoriæ, quas per eam orando obtinuit) è vita decedens unà cum regno reliquit. *Apud Sur. tom. 5. die 3. Octob. in Geſt. S. Gerardi. Baron. tom. 10. an. Dom. 929. 3. ex Sigeberto an. Dom. 929.*

De Gregorio III. Rom. Pont. memorat *Vualfrid. Strabo de reb. Eccl. 22. & Anaſt. Bibliotb.* quod intra Eccleſiam S. Petri in Vaticano fecerit Oratorium, juxta arcum principalem in porta Virorum: in quo condidit in honorem Salvatoris, ejuſque Genitricis, reliquias SS. Apoſtolorum, & omnium SS. Martyrum, & confeſſorum, Juſtorumque perfectorum in toto orbe quieſcentium, quorum feſta vigiliarum, à Monachis trium monaſteriorum illic ſervientium, quotidie per ordinem exiſtentibus, atque natalitiorum Miſſas in eodem loco celebrare inſtituens, in Canone ita à Sacerdote dicendum pręcepit: Quæ ſolemnitas hodie in conſpectu tuæ Majeſtatis celebratur, Domine Deus noſter in toto orbe terrarum, eamque inſtitutionem lapideis tabulis in eodem oratorio conſcribere fecit. *Baronius tom. 9. Annal. ad annum 732. num. 7.*

Quin & jam olim tempore primitivæ Eccleſiæ, Annulis, & Monilibus inſertas Sanctorum, Chriſtive reliquias conſtat, eaſque à Regibus, & maximis Principibus magna religione geſtatas, & cuſtoditas hiſtoriæ variæ tradunt. Legantur *Annales Baronii* ſparſim.

Cultus earumdem in Particulari. Et simul loca iisdem nobilitata. Ita in honore, et veneratione habentur multæ simul.

Chriſtianis in terra Sancta cum Saracenis pugnaturis. Pontius quidam Abbas lanceam, qua Chriſti latus transfoſſum dicebatur, Epiſcopus Bethlehemitanus in pyxide lac. B. Virginis prætulerunt, anno 1142. ut *Sigeberti refert Continuator.*

Recaredus, Veſtgothorum rex, munera S. Petro miſit, ac pro iis à Gregorio recepit crucem, in qua erat de ligno Domini, & de capillis Joannis Baptiſtæ. *Ipſem. teſt. l. 7. in dict. 2. Epiſt. 126.*

Anno Sal. 1239. Spinea corona, & ſacroſancta Chriſti paſſi monumenta, quæ Balduinus Conſtantinopolitanus Imperator Venetis oppigneraverat, à D. Ludovico rege Francorum redempta ſunt: qui apud ſacrum Palatii ſacellum, quod Lutetiæ erigebat, ea depoſuit, & aſſervanda commiſit. *Chronicon. Francorum.*

Anno Domini 1103. nonis Novemb. cùm S. Stephani dedicaretur Eccleſia, hæ in eam repoſitę ſunt reliquię. De faſciis, quibus infans in hanc lucem virgineo partu editus involutus fuerat, particula lapidis de oſtio ſepulchri Dominici, palma, quam Chriſtus aſino inſidens manu tenuit, cum Hieroſolymam ingreſſus eſt: & de corporibus multorum Sanctorum *Chronicon. Caſſinenſe lib. 4.*

Otho Bambergenſis Epiſcopus contulit monaſterio S. Michaelis crucem auro, gemmiſque diſtinctam, recondito in eo ſalutari ſanctæ crucis ligno, aliiſque ſanctorum martyrum reliquiis, eaque Salvatoris crucem appellari voluit, additis execrationibus, ne deinceps ulla unquam neceſſitate à monaſterio alienetur. *Mar. Sc.*

Sub Carolo IV. lancea Chriſti, dextrum brachium ſanctæ crucis, cum uno clavo menſale Chriſti, quo fertur uſus in noviſſima cœna, gladius Caroli Magni, qui Gaudioſa dicebatur, oſſa ejuſdem Caroli cum multis reliquiis, è Norimberga urbe per Carolum regem in Boemiam ſunt translata, & in regiam arcem, quæ Carſteen dicitur, recondita. *Crantzius lib. 8. Vandaliæ.*

RELIQUIARUM ALIQUOT SACRARUM ENUMERATIO.

A

Quæ per varias Provincias coluntur.

* Longum eſſet commemorare, quod, quantæve Reliquiæ ſacræ variis Chriſtiani orbis locis, majorum devotione collectæ aliquando fuerint, & ſummo in pretio habitæ, quarum partem non contemnendam, Turcarum, aliorumque Barbarorum furor in Syria, Palæſtina, Græcia peſſundavit, & in nihilum redegit, quos imitati hæretici noſtrates, paſſim in eaſdem ſæviunt, cùm in illos, quorum ſunt reliquię, deſęvire nequeant.

Sunt tamen celeberrima quędam oppida, quę hoc theſauro clareſcunt, & Sacrarum Reliquiarum cultum promovere omni modo laborant. Nos hoc loco elenchum ſacrarum Reliquiarum, quas alibi cumulatim aſſervari, & debito honore haberi fide dignis teſtimoniis intelleximus, & quarum catalogus ad manus noſtras devenit, tradimus, ut Lectori Catholico conſtare poſſit; quęnam Reliquię alibi ſerventur, ut ad eas honorandas, & videndas per opportunitatem, ęmula priorum Catholicorum pietate accedere valeat, & alios dicendorum enarratione ad idem faciendum provocare.

B

* IN GERMANIA SUPERIORE.

AC PRIMUM RELIQUIÆ SACRÆ CIVITATIS IMPERIALIS COLONIENSIS.

Colonię Agrippinę, quę civitas, ſi alia ulla, Catholicam fidem hactenus invicto animo ſervavit, fundata ſuper firmam petram, tantus fuit ſacrarum Reliquiarum theſaurus, occaſione XI. millium virginum cum B. Urſula ab Hunnis ibi cęſarum: Item Gereonis, & ſociorum CCCXVIII. militum, ſub Diocletiano, & Maximiliano Imperat. anno CCXCVII. die 10. Octob. hic etiam interfectorum, ut paſſim per alias Chriſtianorum Provincias ex hinc communicatę fuerint in uſum ſacrum, puta conſecrandorum altarium, venerationem fidelium, aut alium ſimilem. Quę verò adhuc hodie ibidem ſuperſint, & in quem menſem, diem, ac locum, earumdem veneratio recurrat, breviter hic ſubiicimus, uſi Indiculo, quem *Sacrario ſuo*, quod *Agrippinæ vocat*, adjunxit *Fr. Erhardus*

C *Vvinheim, Carthuſianus*.

JANUARIUS.

6 Corpora trium Magorum in ſummo templo.
14 Caput s. Agritii Epiſcopi Confeſſoris ad gradus s. Marię.
15 Caput s Mauri Abbatis ad gradus B. Marię.
17 Portio manus s. Antonii apud Antonitas, & barba ejuſdem apud s. Cunibertum.
20 Mandibula s. Sebaſtiani apud Auguſtinianos.
21 Brachium s. Agnetis in ſummo templo.
23 Pars capitis s. Emerentianę Virginis, & Martyris ad s. Severinum.

FEBRUARIUS.

1 Digitus s. Brigidæ Scotæ Sanctimonialis, ad s. Brigidam.
3 Brachium s. Blaſii Epiſcopis, & Martyris ad s. Severinum.
Item ejuſdem Brachium ad s. Jacobum.
D Item ejuſdem mandibula.
5 Pars capitis s. Agathæ apud Gaudentes.
6 Mandibula s. Dorotheæ apud Carmelitas.
9 Mandibula inferior s Apolloniæ, ad s. Albanum.

MARTIUS.

7 Coſta D. Thomæ Aquinatis apud Dominicanos.
12 De capite s. Gregorii Papæ apud Joannitas.
16 Corpus s. Hereberti, in aula Tuitienſi.
16 Corpus s. Cyriaci Diaconi martyris ad Apoſtolos.
17 Digitus ſanctę Gertrudis ad s. Gertrudem.
21 Coſta s. Benedicti in Hoſpitali Pantaleonis.
27 Coſta s. Ruperti Epiſcopi Confeſſoris ad s. Columbam.
30 Pars capitis s. Quirini Martyris ad s. Pantaleonem.
Item ejuſdem digitus ad s. Albanum.
31 Corpus s. Agilolphi Epiſcopi, & martyr. ad gradus Mariæ.
31 Pars capitis s. Balbinæ filię s. Quirini.
Item dens ejus ad s. Albanum. E
Feria ſexta in Paraſceve, peplum, quo Deipara Virgo Maria velata fuit, quando aſtabat filio in cruce pendenti, ad Ss. Machabæos.

APRILIS.

21 Cranium s. Anſelmi ad Carmelitas Sanctimoniales.
23 Brachium s. Georgii ad s. Georgium.
Item ejuſdem maxilla ad s. Columbam.
28 Corpus s. Vitalis in Capitolio.

MAJUS.

1 Cranium s. Vvalpurgis apud Patres Societatis Jeſu.
4 Corpus s. Paulini martyris ad s. Cæciliam.
6 Coſta s. Catharinæ Senenſis ad Prædicatores.
13 Brachium s. Servatii Epiſcopi Confeſſoris, in Sacello Servatii.
19 Caput s. Prudentianæ Virgin. apud Carthuſianos.
31 Pars capitis s. Petronillæ Virg. apud Dominicanos. F

JUNIUS.

10 Corpus s. Maurini martyris ad S. Panthaleonem.
15 Brachium s. Viti Martyris in Carthuſia.
21 Coſta s. Albani martyris ad s. Albanum.
22 Corpus s. Albani martyris ad s. Panthaleonem.
22 Caput ex Societate s. Achatii. Item de ipſo s. Achatio os apud Patres Societatis Jeſu.
24 Articulus indicis s. Joannis Baptiſtæ apud Dominicanos.
29 S. Petri catena, & baculus in ſummo templo.
30 Dens s. Pauli Apoſtoli ad s. Gereonem.

JULIUS.

9 Corpus s. Agilolphi Epiſcopi, & martyris ad gradus Marię. G
12 Corpora ss. Felicis, & Naboris martyris, in ſummo templo.
13 Caput s. Margaretæ Virg. & martyris ad gradus B. Marię.
Ejuſdem Brachium apud Joannitas.
17 Pars capitis s. Alexii, apud Alexianos.
22 Brachium s. Marię Magdalenæ in Carthuſia.
24 Brachium s. Chriſtinæ apud Franciſcanos.
25 Digitus s. Chriſtophori ad s. Cunibertum.
26 Brachium s. Annæ in Carthuſia.
Item ejuſdem digitus apud Prædicatores.
Et Cranium apud Minoritas.
17 Caput s. Panthaleonis ibidem ad s. Panthaleonem.

AUGUSTUS.

1 Capita ſeptem Machabæorum, & Salomonæ matris eorum una cum cineribus eorundem corporum ad ss. Machabæos.
2 Corpus s. Stephani Papæ, & Martyris ad s. Cunibertum.
10 Mandibula s. Laurentii apud Carmelitas.
Item vertebra una ſpinæ dorſi ejuſdem apud Joannitas, & Scabulæ ad s. Andream. H
13 Corpus s. Hippolyti martyris ad s. Urſulam.
18 Brachium s. Agapiti martyris in ſummo templo.
22 Brachium s. Bartholomæi ad s. Panthaleonem.
30 Capita ss. Felicis, & Audacti Martyrum ad ss. Apoſtolos.
Item caput, Brachium &c. s. Sigillindis Virg. & martyris ad ss. Machabæos.

SEPTEMBER.

4 Corpus s. Evergisli martyris Epiſcopi ad s. Cæciliam.
14 Pollex s. Materni ad Indulgentias B. Mariæ Virginis.
21 Os integrum s. Matthæi ad s. Andream.
22 Caput ex Societate s. Mauritii ad Prædicatores.
28 Brachium s. Vvenceslai Regis martyris ad s. Albanum.

OCTOBER.

1 Brachium s. Remigii Confeſſoris ad s. Andream.
1 Brachium s. Cæſarii martyris in Parochia s. Jacobi.

3 Corpus duorum Eubaldorum martyrum ad s. Cunibertum.
A
6 Duæ particulæ de capite s. Brunonis Carthuſianorum Patriarchæ in Carthuſia.
7 Duæ coſtæ ss. Sergii, & Bacchi Martyrum ad s. Martinum minorem.
9 Tibia s. Dionyſii Areopagitæ confeſſoris in parochia dicta in Curia.
10 Corpora ss. Gereonis, & ſociorum 318. apud s. Gereonem.
14 Mandibula Caliſti Papæ, & mart. ad Dominicanos.
15 Corpora ss. Maurorum, & ſociorum 350. ad s. Gereonem.
16 Corpus s. Emphii martyris ad s. Martinum majorem.
21 Corpora ss. 11000. Virginum Urſulæ, & ſocietatis, ad s. Urſulam, & Machabæos.
22 Duo corpora s. Cordulæ, & Conſtantiæ ex Societate s. Urſulæ apud Joannitas.
23 Medietas corporis s. Severini, ad s. Severinum.
28 Mandibula s. Simonis Apoſtoli cum 3. dentibus in Carthuſia, & brachium ejuſdem, ad s. Andream.

B

NOVEMBER.

3 Digitus s. Huberti Confeſſoris in paſculo.
6 Pars Brachii s. Leonardi in parochia Apoſtolorum.
12 Corpus s. Cuniberti ibidem ad s. Cunibertum.
22 Brachium s. Cæciliæ ad S. Cæciliam.
23 Brachium s. Clementis Papæ Martyris ad S. Cunibertum.
25 Digitus s. Catharinæ Virginis, & Mart. apud Teutonicos.
Item de pede ejuſdem apud Joannitas.
Item ejuſdem coſta ad s. Andream.
30 Brachium s. Andreæ ad s. Andream.
24 Brachium B. Nolthburgis in Carthuſia.

DECEMBER.

4 Pars capitis s. Barbaræ, olim Carthuſianorum, nunc apud Minoritas.
6 Brachium S. Nicolai ad s. Cunibertum.
9 Cranium s. Joachimi patris Deiparæ Virg. Mariæ, niſi inciderit in diem Dominicam ad ss. Machabæos.
C 11 Coſta s. Damaſi Papæ, in hoſpitali s. Pantaleonis.
13 Pars capitis s. Luciæ Syracuſanæ apud Gaudentes.
23 Caput s. Victoriæ Virg. & Martyris in Carthuſia.
24 Corpus s. Gregorii Spoletani martyris in ſummo templo.
26 Duo dentes s. Stephani ad Joannitas.
28 Innocens puer apud Franciſcanos.
31 Caput s. Sylveſtri, Papæ in ſummo templo, quod B. Irmardis comitiſſa Virgo Deo devota, & ſancta, Roma per ſe allatum huic s. ædi dono reliquit.

Copioſiorem ſupra memoratarum Reliquiarum aliquarum enumerationem pro majori Lectoris bono hìc adjungere libuit. In Eccleſia metropolitana ſummi Templi.

Corpora trium Magorum Melchioris, Caſparis, & Balthaſaris, quæ primò s. Helenæ Auguſtæ ſtudio Conſtantinopolim allata, ibidem in Eccleſia s. Sophiæ permanſerunt, uſque ad tempora Emanuelis Imp. Qui cùm natione Græcum quendam Euſtorgium nomine, Epiſcopum Mediolanenſem ſibi admodum familiarem haberet, eidem ad inſtantiam ſuam prædicta trium magorum corpora (quemadmodum traditio-

D nes Colonienſium perhibent) donavit, qui ea ibidem in Eccleſia monialium ordinis s. Dominici reverentur collocavit. Tandem anno poſt Chriſtum natum 1164. cum Fridericus II. Imper. cognomento Barbaroſſa in Lombardica expeditione Mediolanum obſideret, adjunctis ſibi Ottone Comite Palatino, Cancellario ſuo Reinoldo, quo poſteà 42. Archiepiſcopus Colonienſis, multiſque auxiliis Principum ſtipatus, victoria potita, Reinoldo corpora magnorum commemorata, ſimul cum corporibus ss. Felicis, & Naboris muneris loco largitus eſt; qui eadem deinde Coloniam tranſtulit, quibus Bruno 25. Epiſcopus Colonienſis adjunxit corpus s. Gregorii Spoletani; atque ita Coloniam advecta, honorificè à Clero excepta an. 1168. in Eccleſia Cathedrali reverenter collocata fuere. *Crantzius in metrop. Sax. c. 39. Chron. Colon. fol.* 173.

His accedit ſuperior pars Baculi s. Petri unà cum ejuſdem catenæ parte à prædicto Brunone huic Eccleſiæ donatæ.

Caput s. Sylveſtri Papæ, & Confeſſoris, qui Conſtantinum Magnum, & s. Helenam Auguſtam ad religionem Chriſtianam multis aliis rebus ſanctiſſimè geſtis convertit.

Brachium s. Agapiti martyris, qui annorum quindecim ſub Aureliano Imp. & Antiocho Præſide poſt varia tormenta, gladio percuſſus, martyrii gloriam adeptus fuit. E

Brachium s Agnetis Virginis, & Martyris, quę Romę, ſub prefecto Symphroniano, ignibus injecta, & per orationem illęſa, gladio percuſſa eſt.

Item de pleriſque Apoſtolis particulę notabiles.
Item notabiles partes de ss. Innocentibus pueris.
Item magna pars de ligno s. Crucis.
Item crux admodum pretioſa, diverſis ss. reliquiis referta.
Item corporale, Chriſti ſanguinem miraculoſum olim repręſentans; de quo vide *Cæſarium illuſt. miracul. lib. 9. cap.* 22.

Item corpus s. Engelberti 48. Colonienſ. Archiepiſc. qui pro defenſione Eccleſiaſticę libertatis, & oppreſſorum, à Comite Friderico ab Iſemburg, bonorum Eccleſiaſticorum invaſore occiſus eſt an. Chriſti 1225. cùm ſediſſet annos ſex.

In Collegiata Eccleſia S. Gereonis.

Corpus S. Gereonis, & Sociorum 318. militum, qui ſub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus anno 297. pro Chriſti nomine trucidati.

Ss. Maurorum corpora etiam pia ibidem veneratione coluntur: quę à s. Annone Colonienſi Epiſcopo divino inſtinctu honorificentiori loco, & cultu quàm antehac eodem in templo translata fuere. Quin & s. Gregorium, prę cęteris Sociis 360. militibus Mauritanis, chlamyde purpurea, aurique intertextura humatum, ornatumque s. hujus Sodalitatis principem fuiſſe reperit: & exinde nomen, & memoriam Ss. Maurorum per omnes Colonię angulos clarius divulgavit. *Trithem. in Chron. Hirſaugienſi.* F

Pręter hęc Ss. corpora adhuc alię Reliquię in eadem Eccleſia aſſervantur.

Corpus Chriſti miraculoſum, juxta altare s. Gereonis.
De Cruce Domini, & ſepulchro portio.
De veſtibus B. Virginis.
Dens unus B. Pauli Apoſtoli.

In collegiata Eccleſia S. Severini.

Gaudet hęc Eccleſia corpore S. Severini Fundatoris: cujus corpus cùm antehac alibi quieſceret, Colonienſis terrę maximam ſterilitatem cauſavit. Etenim cùm ſucceſſoris ſui S. G Evergisli tempore, tribus continuis annis, cœlum pluvias non daret, à Deo inſpiratus Antiſtes intellexit, ob ſui prędeceſſoris abſentiam id fieri. Itaque per Colonienſes ab Aquitanicis repetitus, illis aliqua S. Corporis parte relicta, Sacer Pręſul in Eccleſia à ſe fundata honorificè conditus fuit. Quo eodem anno tanta fertilitas terrę Colonienſibus reddita fuit, ut in proverbium ab incolis apud longinquos, & exteros abiret; domi illis eſſe s. Severinum Epiſcopum. *Ita Surius tom. 5. fol. 927.*

Pręter s. Severini corpus adhuc alię in hac Eccleſia ſuperſunt reliquię, ut

De s. Cruce, de pręſepio Domini.
De Columna, ad quam flagellatus eſt Chriſtus.
De virga Moyſis.
De Ss. Pueris Innocentibus.
De cruore s. Stephani.
Pars Brachii Baſilii M. Epiſcopi Sebaſtę in Armenia.
Pars capitis S. Emerentianę Collactanęę s. Agnetis.
Baculus item s. Severini.

In Eccleſia S. Cuniberti.

Corpus s. Cuniberti ſeptimi Colonienſis Epiſcopi, Ducis H Lotharingię, Cralli filii, qui Epiſcopatu 40. annis feliciter functus, temploque hoc fundato, poſt vitam variis miraculis claruit; & pretioſa tumba in hodiernum uſque diem reconditus, devotè colitur.

In alia tumba deaurata duo martyres Evvaldi Presbyteri, natione Angli, anno 693. in Provincia Antiquę Saxonię, quę nunc Vveſtphalia dicitur, prædicandi cauſâ à paganis occiſi, corporaque ab homicidis illis in Rhenum projecta, contra impetum fluvii decurrentibus, per 40. fere paſſuum millia tranſvecta, per glorioſum Ducem Francorum Pipinum ſplendidè in hac Eccleſia condita fuere: In memoriam & teſtimonium horum, in eodem templo Puteus in choro conſpicitur, quem in ſanitatem languentium valere perhibent. Hinc verſus ad Puteum.

Appulit Evvaldos violento gurgite Rhenus.
Quos Lux alta vehit, huc, ubi fons ſcaturit.

Alias adhuc duas pretioſas tumbas poſſidet; unà ſacra oſſa de Societate Maurorum; altera de Societate XI. millium Virginum incluſa continet.

Item duæ partes de ligno S. Crucis.
A Particula de ſepulchro Chriſti.
Dens unus s. Joannis Bapt. cum capillis ejus.
Portio notabilis s. Bartholomæi Apoſtoli.
Caput s. Stephani Papæ, & Martyris.
Brachium s. Nicolai Epiſcopi Myrenſis, cujus corpus Barii in Apulia modò translatum quieſcit, ſtillante ibidem oleo ex tumba ejus.
Brachium s. Clementis Papæ, & martyris, diſcipuli s. Petri Apoſtoli.
Digitus s. Chriſtophori martyris.

In Eccleſia S. Andreæ.

Brachium s. Andreæ Apoſtoli & s. Remigii Epiſcopi Rhemenſis, & Confeſſoris.
Duo oſſa de s. Simone, & Juda Apoſtolis.
Os integrum s. Matthæi Apoſtoli, & Evangel.
De cruce Domini portio notabilis.
Spinę duę de corona Domini.
Item reliquię multę ex Societate s. Urſulę.

In Eccleſia SS. Apoſtolorum.

Caput s. Cyriaci martyris Diaconi.
Capita ss. Felicis, & Audacti.
Dens s. Bartholomęi Apoſtoli.
De ss. Gereone, & Mauro notabiles particulę.
De tabula, in qua Chriſtus cum Apoſtolis in ultima cœna recubuit.
De peplo B. Virg. Marię.

In Eccleſia Graduum B. Virginis Mariæ.

Caput s. Agilolphi 14. Epiſcopi Colonienſis, ibidem honorifica tumba aſſervatur, & quotannis celebri proceſſione die nona Julii feſtum ejus celebratur.
Pręterea ſequentes Reliquiæ in eadem Eccleſia oſtenduntur.
Particula clavi Domini.
Pars haſtę, qua latus Chriſti apertum.
C Duę ſpinæ de Corona Domini, quę ante multos annos in corporali poſitę ſtillarunt ſanguinem.
Pars s. Crucis, ter in igne à s. Annone probata.
Particula purpuræ veſtis Chriſti.
De lapide, ſuper quem Chriſtus in cœlum aſcendens ſtetit.
De cingulo B. Virg. Mariæ.
Magna pars Capitis s. Simeonis hoſpitis Chriſti, apud quem Maria Magdalena remiſſionem peccatorum à Domino meruit.
De capite, & barba s. Joannis Baptiſtæ.
De capite s. Petri Apoſtoli cum duobus digitis, & mandibulis ejuſdem.
Digitus s. Pauli Apoſtoli cum dente ejus.
Scapula s. Andreæ.
Pars coſtæ s. Thomæ.
Digitus s. Philippi.
Dens s. Timothæi.
Caput s. Agritii Epiſcopi Treverenſis.
Caput s. Mauri Abbatis.
D Caput s. Ægidii Abbatis, & Conf. Athenienſis.
Pars capitis s. Vincentii Diaconi martyr.
Mandibula s. Blaſii Epiſcopi Martyris Sebaſtæ.
Digitus s. Martini Epiſcopi Conf.
Caput s. Margaretæ Virg. & Mart.
Dens B. Mariæ Magdalenæ.
Caput s. Babillæ, ex XI. mill. Virg. ſodalitio.
Mandibula s. Teclæ Virg. & martyris.
Digitus s. Agnetis Virg. & mart.
De ſepulchro s. Catharinæ Virg. & mart.
Item vera s. Annonis imago.

In Eccleſia S. Georgii.

Brachium s. Annonis Fundatoris.
Brachium s. Georgii, & gladius.

In Eccleſia S. Urſulæ, & XI. mil. Virg.

In extremitate hujus templi Sanctuarium eſt (quod Auream Cameram vocant) in qua præter corpora s. Urſulæ, ipſius ſponſi, uti & aliarum Virginum ex ipſius ſodalitio, telum, quo s. Urſula transfixa fuit, conſpicitur.
Item anulus aureus ſimplici opere, quo eadem Sancta ſponſo ſuo ſubarrhata fuit. E
Item eburneæ ciſtulæ, in quibus reliquiæ, quas ſecum attulit s. Urſula Roma.
Una ex Hydriis, in qua Chriſtus in Cana Galilææ aquam in vinum convertit.
Præter innumeras alias reliquias ex Sodalitate s. Urſulę, quibus altaria, & templum circumquaque ornatum conſpicitur.

In Eccleſia B. M. V. in Capitolio.

Corpus s. Vitalis Civis Mediolanenſis, patris Gervaſii, & Prothaſii.
Corpus B. Idæ de Nivella Sanctimonialis ord. S. Bern.
De crinibus, & cingulo B. V.
Item famoſa crucifixi imago, multis annotatis miraculis.

Ad S. Cæciliam.

Corpus S. Evergiſti tertii Epiſcopi Colonienſis, s. Severini diſcipuli, patria Tungrenſis, in argentea deaurata Tumba ibidem aſſervatur. F
Item in alia Tumba argenteis laminis obducta aſſervatur corpus s. Paulini, qui Conſtantinopoli ſub Conſtantino Copronymo, & Iconoclaſta variis tormentis affectus martyrii palma vitam finiit. Ejus corpus primùm Venetias, deinde in Italiam, poſteà huc translatum eſt.
Brachium s. Cęcilię Virginis & Martyris Romanę, anno 232. & Urbani VI. Papę tempore paſchę; cujus corpus à Paſchali Pontifice an. 821. inventum, & repoſitum conſtat ex Baronio tomo 9. Annal. ſegregavit enim dictus Pontifex caput ſanctiſſimę hujus virginis, Brachiumque pro antiqua neceſſitudine (quę inter Romanos, & Agrippinates ſemper viguit) Colonienſibus ad inſtantiam B. Materni datum, nemo eſt qui dubitet.

In Eccleſia S. Panthaleonis.

Gaudet hęc Eccleſia corpore glorioſo s. Albani martyris Britanni, ſub Diocletiano an. 286. paſſi. Dein an. 991. à Theophania Othonis ſecundi Imp. conſorte Roma Coloniam translatum, mutatoque ad differentiam Albani Mogontinenſis Patroni. Albini nomine huic templo larga munificentia inſignitum. Hujus corpus cùm jam trecentis, & quinquaginta annis hic quieviſſet, elapſiſque ab ejus Martyrio mille, & ampliùs annis, ſingulari divino inſtinctu magna cum devotione apertum, & exaltatum fuit; reperiebatur ſiquidem corpus hujus inclyti martyris, ac ſi non ita pridem pro Chriſto cęſus eſſet: hodieque caput cum carne, & ſanguine ita integrum conſpicitur. G
Corpus etiam Theophanię Imperatricis R. hujus templi Dotatricis ibidem cernitur.
Item corpus s. Maurini Abbatis, & Mart. caput s. Panthaleonis Medici Nicomedię, & Martyris ſub Maximiano Imp.
Pars capitis s. Quirini Tribuni Romę ſub Trajano martyrio coronati.
Brachium s. Bartoholomęi Apoſtoli.

Ad S. Martinum Majorem.

Corpus s. Eliphii Martyris, qui Juliani apoſtatæ juſſu capite truncatus ſeſe erexit, & ambabus amplexus manibus caput per unum milliare ad locum ſepulturæ deportavit. H
Caput s. Pinnoſæ Reginæ ex Societate s. Urſulæ.

Ad S. Cordulam.

Corpus s. Cordulæ, & Conſtantiæ de Societate s. Urſulæ
De cruce Dominica.
Duæ ſpinæ de corona Domini.
Peplum, quo corpus B. Virg. Mariæ in ſepulchro coopertum fuit.
De cruore, & capillis s. Joannis Baptiſtæ.
Duo dentes s. Stephani protomartyris.
Duo Brachia ex Societate 1000. Martyrum.
Brachium dextrum s. Margaretæ Virg. & Mart. cum carne, nervis, digitis, & unguibus.
Caput s. Florentinæ, s. Urſulæ ſororis.
Digitus s. Barbaræ.
Dens s. Urſulæ.

Vertebra una ſpinæ dorſi de S. Laurentio.
A De pilis S. Mariæ Magdalenæ.
De pede, & oleo S. Catharinæ.
De capite S. Gregorii Papæ Doctoris Eccleſiæ.

Ad B. Catharinam.

Præter alias duorum reliquias digitus ſanctiſſimæ hujus Virginis, & Martyris ibidem aſſervatur, quem ex Palæſtina olim militaris ordinis Teutonici Domini in hac Eccleſia reſidentes, huc detulerunt.

Ad Corpus Chriſti Canonicorum.

Caput S. Loyeæ Reginæ Antiochenæ.
Caput S. Eufraxiæ, ejus filiæ, cognatæ S. Urſulæ.
Caput S. Maximilianæ Reginæ ex Ungaria.
Caput S. Vvalburgis Reginæ.
Caput S. Vvilhelmæ filiæ Regis Dagoberti Britanni.
Caput S. Maurinæ, Reginæ de Mauritania.
Caput S. Evodiæ ſponſæ B. Manandri militis.
Vertex S. Afrinæ, cognatæ S. Urſulæ; quæ omnes ex
B Societate XI. mill. Virginum fuere.

Ad S. Antonium.

Pars manus S. Antonii Abbatis cum aliis variis reliquiis.

Ad S. Auguſtinum, ſive Auguſtinianos.

Inter multas, & præclaras Ss. reliquias hujus Baſilicæ principem locum tenet dimidia pars Sacramenti miraculoſi, quæ ex civitate Zelandia Mildelburg (olim Archiepiſcopatui Colonienſi ſubjecta) Coloniam in dictorum fratrum templum translata, in cruce ſumptuoſiſſima nunc colitur: cujus rei hiſtoriam *Vvinhemius in Sacrario ſuo Agrippinæ* enarrat.
Imago item Deiparæ Virg. ſculpta, & miraculis clara.
Mandibula s. Sebaſtiani.

Ad Dominicanos, ſive ad S. Crucem.

Magna pars de s. Cruce, quam Albertus Magnus ter in igne probatam ex collo geſtavit.
C Corpus etiam B. Alberti Magni hujus ordinis Doctoris Eximii, & Epiſcopi Ratiſponenſis; qui in medio templi, anno 1483. in Epiſcopalibus adhuc incorruptus inventus eſt: Scriptis dum viveret, Theologicis, Mathematicis, Phyſicis, & Ethicis clarus, ac D. Thomæ in Theologia, & Philoſophia Magiſter, adeò profundus, ut ob raram omnifariam doctrinam Magnus cognominaretur.
Sunt prætereà in hac Baſilica 300. corpora Ss. Virginum ex Societate s. Urſulæ, inter quæ unum eſt s. Undelinæ Reginæ.
Item caput s. Caſſiani Patriarchæ Græci ex eadem Societate S. Urſulæ.
Caput s. Clementiæ Reginæ ex Sodalitio S. Urſulæ.
Caput unum ex Societate ſancti Mauritii *6666.* militum Thebæorum.
Mandibula Caliſti Papæ, & Martyris.
Digitus s. Annæ Matris B. Mariæ Chriſti Aviæ, adhuc carne, & cute amictus.
Articulus indicis s. Joannis Baptiſtæ, quo mundi Salvatorem Chriſtum inter natos mulierum indicavit.
D Coſta una s. Thomæ Aquinatis.
Coſta una s. Catharinæ Senenſis Virg.
Pars capitis s. Petronillæ Virg.

Ad Carmelitas B. V. M.

Quatuor capita cum duobus brachiis ex Societate 1000. Martyrum.
Item quatuor capita ex Societ. s. Urſulæ.
Mandibula s. Laurentii Martyris.
Mandibula s. Dorotheæ Virginis, & Mart.
Partes notabiles s. Apolloniæ Virg. & Martyris.

Ad Franciſcanos Minoritas Gaudentes.

Corpus integrum Innocentis pueri ſub Herode occiſi.
Cranium s. Annæ B. V. matris.
Pars capitis s. Agathæ Virg. & Martyr.
Magna pars capitis s. Barbaræ Virg. & Martyr.
Pars capitis s. Luciæ Virg. & Martyr.
Item pars capitis s. Balbinæ Virg. filiæ B. Quirini.
Brachium s. Chriſtinæ V. & M.
De virga Aaron.

De lancea, qua Chriſti latus apertum fuit.
De Capillis B. Virg. Mariæ. E
Lapis unus ſanguine s. Stephani Martyris cruentatus.
Sigillum s. Claræ.
Corporale, quod s. Eliſabetha Landgravia Haſſiæ propriis manibus filavit.
De laneis pannis s. Franciſci, quibus lateris ſtigmata texit.

In Eccleſia S. Barbaræ Carthuſianorum.

De ligno s. Crucis.
Duæ ſpinæ de Corona Domini.
De fimbria tunicę Chriſti inconſutilis, quam mulier ſanguine fluens tetigit.
Sudarium B. Mariæ Virg. quod ipſamet propriis manibus in templo Hieroſolymitano texuit.
Dens s. Joannis Baptiſtæ.
Maxilla s. Simonis Apoſtoli.
Dens s. Gregorii Magni Papæ.
Particulæ duæ capitis s. Brunonis Carthuſianorum Patriarchæ.
Pars capitis s. Stephani Papæ, & Martyris.
Pars capitis s. Eraſmi Antiochienſis Epiſcopi, & Martyris. F
Cranium s. Marcini ex Societate Maurorum.
Capita ex Societate s. Urſulæ quam plurima.
Caput Ss. Praxedis, & Chriſtianæ Reginarum ex eadem Societate.
Caput s. Prudentiæ Virginis Romanæ Sororis s. Praxedis.
Caput s. Victoriæ Virg. & Mart. Romanæ.
Brachium s. Viti Martyris.
Magna pars brachii s. Georgii Magni Martyris, & militis.
Brachium s. Annæ Aviæ Chriſti.
Brachium s. Mariæ Magdalenæ.
Brachium denique B. Nortburgis, filiæ conjugis Regis Pipini Plectrudis.

In Eccleſia Parochiali S. Columbæ.

Spina de corona Chriſti.
Maxilla s. Georgii.
Coſta s. Ruperti Epiſcopi Vvormatienſis. G

Ad S. Martinum Minorem.

Pars maxillæ s. Blaſii.
Duæ coſtæ ss. Sergii, & Bacchi Martyrum.
Coſta s. Barbaræ Virg. & Martyris.

Ad S. Laurentium.

Pars Brachii s. Andreæ Apoſtoli.
Pars coxæ B. Laurentii Martyr. Item de carbonibus ejus, quibus exuſtus fuit.
Pars Calvariæ s. Sebaſtiani.

Ad S. Albanum.

Brachium s. Vvenceslai Ducis Bohemiæ, & Martyr.
Coſta s. Albani Martyris Mogunt.
Digitus s. Quirini unà cum s. Balbinæ ipſius filię dente.
Pars Brachii B. Mariæ Magdalenæ. H
Mandibula inferior s. Apolloniæ Virg. & Martyr.

Ad SS. Machabæos.

Mirum quantus theſaurus ſacrarum Reliquiarum in hac s. æde conſpiciatur. In tumba etenim deauratis laminis veſtita ss. Macchabæorum cineres unà cum capitibus, concluſi aſſervantur.
Urſulanarum etiam Virginum oſſa, cum capitibus, deauratis cancellis concluſa ubique ſe viſenda exhibent: in chori muro adhuc alia 144. ss. capita, auro, & argento vermiculata continentur.
Eſt proinde monumentum lapideum in medio chori elevatum, quod corpus integrum s. Paſtelaſii Archiepiſcopi ex Societate s. Urſulæ, cujus fronti adhuc telum infixum cernitur, conſpiciendum præbet.
Item corpora ss. Follarii, Marculi, & Macririi, unà cum ſex aliis, ut Reginæ Getaſmæ & quatuor filiarum ejus Babilæ, Julianæ, Victoriæ, Aureæ, & Adriani filioli corporibus ex Societate s. Urſulæ.

Inſuper B. Sigillindis, & Quirilli Sacerdotis corpora.

Quin & puteus clauſus, cui glebæ purpureæ, & coagulatus SS. Martyrum, & Virginum Colonienſium ſanguis poſt patratam cladem incluſi perhibentur.

Spina una Coronæ Domini.

Particula columnæ, ad quam Chriſtus flagellatus eſt.

Pars magna Cranii S. Joachimi.

Peplum B. Virginis Mariæ, quo velata fuit Chriſto in cruce morienti.

Dens unus S. Joannis Baptiſtæ.

Duæ particulæ crucis S. Andreæ.

Coſta una S. Albini protomartyris Angliæ.

Pars ſindonis, cui involutum corpus aſſatum S. Laurentii.

Accuratiorem, magiſque particularem cæterarum Reliquiarum, quæ in diverſis templis, cœnobiis, & clauſtris reperiuntur, videre licet *in Sacrario Agrippinæ Vvinhemii*, Coloniæ 1608. edito, ad quem Lectorem remittimus.

RELIQUIÆ SACRÆ CIVITATIS ELECTORALIS MOGUNTINÆ.

Moguntina Civitas pervetuſta, nobilis olim, & opulenta, Rheni fluento, & Mœno alluitur. Archiepiſcopalis in ea ſedes, in qua qui præſidet Electorali dignitate etiam fulget. Clerus in ea frequens, & Eccleſiæ illuſtres; Inter quas eminet mole operis, & ædificii ſplendore metropolitana B. Confeſſori Martino dedicata, & à Valligiſo Saxone, plauſtrarii vel rhedarii filio, virtutis merito ad Præſulatus hujus faſtigium evecto ædificata ante annos ſexcentos. In qua tamen majorem nitorem, cum pulveribus, & aranearum telis ceu fuligine obducta appareat: qui exigat, exemplo regii Prophetæ, diligentis decorem domus Domini? Sunt nihilominus in eadem Reliquiæ ſacræ, eæque ſanctiſſimæ, & illuſtriſſimæ, ſive illas ipſas reſpicias, ſive earumdem ornamenta, thecas, repoſitoria, quæ auro, argento, gemmarum varietate fulgent, ut eorumdem pretia vix cum aliis Chriſtiani orbis conferri valeant.

Igitur ſecuti fidem *Nicolai Serrarii rerum Moguntinarum* Scriptoris è Societate Jesu, pauca hæc loco præſenti duximus adſerenda.

Præter corpus S. Eraſmi, & brachium S. Bonifacii Germanorum Apoſtoli Moguntini Archiepiſcopi, & plures alias Reliquias, quarum determinata nomina non habentur, ſequentes hic viſuntur, ſummaque in veneratione habentur.

S. Albani caput in Æde illi ſacra, & ad numerum decimum ſeptimum aliæ ſubjunctæ.

S. Aurei Epiſcopi.

S. Juſtinæ ipſius ſororis.

S. Vincentii Levitæ, & Martyris Hiſpani: caput huc à Carolo Magno translatum. De hoc autem S. Martyre *S. Auguſt. de ſanctis ſerm.* 8. 9. 12. 13. *de diverſis ſerm.* 44. *&* 102. S. Leo *in ſerm. Venantius L.* 5. *S. Bernardus ſerm. par.* 66. *Turonenſis L.* 3. *cap.* 29. *Martyrolog. Rom. die* 22. *Januar.* Eſt autem hic S. Vincentius ab Aginnenſi, de quo 16. *Turon. & lib.* 1. *&* 8. *&* 9. *Venantius*, diverſus, prout poſt Baronium probat etiam *Scaliger. lib.* 6. *de emend. temporum*.

S. Vincentia S. Severi Epiſcopi Ravennatis, antequam Epiſcopus crearetur, uxor, quæ per Orgarium Archiepiſcopum Ravenna huc advecta fuit; Ipſe verò S. Severus Erphordum.

S. Innocentia, ejuſdem filia virgo.

S. Juſtinus Presbyter, qui S. Laurentium, & alios Martyres ſepelivit, de quo *Rom. Martyrol. die XVII. Septemb. & ibidem Baronius*.

S. Ferrurii magna pars, cùm tamen is Bleidenſtadii fuerit à B. Lullo conditus, & cùm ejus caput neglectius in Ringaviæ vici cujuſdam loco vili, & objecto veluti contemptum proſtraret, illinc in Societatis Jesu templum à quodam allatum eſt: bonaque Reverendi, & Nobilis Domini Joannis Schutz ab Holzhauſen, qui Reverendiſſimi, & illuſtriſſimi Vvolffgangi Vicarius tunc erat, venia, & annutu retentum, cultumque diligentius.

Brachium S. Stephani Protomartyris.

Viti Martyris digiti.

S. Anaſtaſiæ Romanæ caput, uti argentea etiamnum tabella vetuſtiſſima inſcripta docet, & de hac *Romanum Martyrologium die* 25. *Decembris*.

S. Camerini Martyris, de quo idem *Martyrologium Romanum die* 21. *Auguſti*; & hæ Reliquiæ, cùm ob bella & incendia repoſitæ à S. Albani Dominis in S. Ignatii parochiali templo fuiſſent, jamque in oblivionem veniſſent, inventæ nuper ſunt ab admodum Reverendo, & nobili Domino ejuſdem Eccleſiæ Decano, & ſummi templi Canonico Capitulari Vvolfgango ab Heuſenſtam, cum aliis aliquot antiquitatis monumentis.

Epiſcopi ante S. Bonifacium decem, quos è S. Hilarii ſacello in S. Albanum tranſtulit Hildebertus Archiepiſcopus, Alios Epiſcopos, ut Rabanum & ſimiles omitto.

Fuit & in eodem S. Albani templo ſacra Hoſtia, quæ Divi Gregorii tempore in carnem, & ſanguinem verſa fuerat. Sed ſuperiore Januario diligenter ab eodem Reverendo, ac Nobili Domino Decano quæſita, inveniri nuſquam potuit.

Pars menſæ Salvatoris.

Pars ligni S. Crucis.

In ſummo templo monſtratur hodie pars S. Crucis, quam Angeli pretioſa tenet ſtatua.

Caput D. Chryſoſtomi. Caput S. Mercurii Martyris.	quæ in Jubilæi proceſſione Anno 1602. circumlata, & poſt expoſita fuere.

In ſacriſtia ſummi templi aſſervatur pars Sudarii Domini, bene gravi, & polita quadrata theca argentea incluſa.

Alia item pars in alto virginum monaſterio, quæ quotannis poſtridie Paſchatis, ex ambone quodam prælucentibus facibus à Reverendiſſimo Domino ſuffraganeo explicatur, & monſtratur populo, dum ſimul canit: Dic nobis Maria, quid vidiſti in via? Sudarium, & veſtes.

In S. Joannis templo extra S. Bonifacii Archiepiſcopi, & Martyris.

In S. Stephani templo fuit olim S. Annæ caput, ſed Anno Domini CIϽIϽ. circa B. Virginis Conceptionis feſtum à lapicida furto Marcoduram ſublatum, ubi & hodie magna religione circumfrementibus hæreticis colitur, nam ibidem illud aſſervari decrevit poſt longas lites Julius II. anno CIϽIϽVII.

Ibidem è cultris, quibus decoriatus S. Bartholomæus, monſtratur unus, & è lapidibus, quibus S. Stephanus obrutus item unus.

Denique tot, & tantas in Alto Beatæ Virginis monaſterio Reliquias olim fuiſſe narrat Germanica B. Bihildis vita, ut tantum oſtenſioni, & venerationi, certus quidam conſtitutus eſſet dies. *Hæc Serrarius lib.* 1. *rer. Mogunt. cap.* 17.

RELIQUIÆ, ET LIPSANA.

Quæ olim Norimbergæ in templo B. Virginis aſſervari, & exhiberi ſolita. Inter quæ etiam numerantur illa, quæ nomine Inſignium Imperii ab Hiſtoricis recenſentur. Quorum tamen pleraque Aquiſgranum translata exiſtimavero.

De his Inſignibus Imperialibus, ſive potius Cimelii, quæ & Clinodia appellantur communi nomine, varia apud varios ſcriptores reperiuntur litteris commendata. *Rebdorffenſis* commemorat ſe vidiſſe anno 1361. Norimbergæ hæc inſignia Imperialia. Ferrum Lanceæ, quæ transfixit latus Chriſti: Cui prætereà aderat clavus cum aliquali petia, ſive particula ligni S. Crucis, qui tranſivit manum Chriſti. Item gladius Caroli Magni primi Imperatoris Romanorum, & Corona, qua coronatus eſt in Imperatorem à Leone Papa tertio. Item gladius Mauritii Martyris. Item petia Brachii S. Annæ Matris Mariæ Virginis, & dens Joannis Baptiſtæ. Item petia Chordæ, qua Chriſtus fuit ad columnam ligatus, ſpongia, qua fuit in Cruce potatus, & aliæ plures Reliquiæ Sanctorum.

Leo de Roſmital in ſuo Itinerario: Norimbergæ has Sanctorum Reliquias ſpectavimus.

Primò monſtratum eſt nobis * præſepe, in quo Genitrix Dei infantem Jeſum poſuerat; deinde cubitus s. Annæ, & dens S. Joannis Baptiſtæ, item fruſtulum ligni de s. Cruce, in qua Chriſtus crucifixus fuerat, & clavus dextræ manus, quo idem cruci affixus erat. Poſtea oſtendebatur nobis gladius Divi Mauritii, itemque alius enſis Divi Caroli Imperatoris, qui ipſi cælitus à Deo datus dicitur, ut eo adversùs hoſtes ſuos Ethnicos uteretur, ejuſdemque calcaria, ocreæ, calcei. Vidimus deinde catenas Sanctorum Petri, & Pauli, qui pro nomine Dei paſſi ſunt. Deinceps conſpeximus Lanceam, qua divinum latus Chriſti tranſverberatum fuerat. Super eam Sacerdotes annulos noſtros ponebant, ut qui dolore, vel punctione lateris infeſtarentur, præſens, & certum apud ſe remedium haberent.

Dubravius lib. 22. *Hiſtoriæ Bohemicæ*, ubi de Carolo IV. Imp. ſermo eſt; Conſueverant, inquit, Cæſares inſignia Cæſarum cum ſanctis quibuſdam Reliquiis apud Succeſſores deponere, quæ tunc omnia Ludovicus Brandeburgicus, poſt obitum Patris Ludovici Bavari Imperatoris, in ſua poteſtate habuit, videlicet Lanceam qua perforatum fuit corpus Domini, dexteram portionem S. Crucis, cum uno clavo, & mappa, qua ultima menſa Domini ſtrata fuit, ac gladium Caroli Magni, & alia plura; non magni videlicet cuncta pretii, apud talium contemptores; at apud Carolum (IV. Regem Bohemiæ) in tanto pretio poſita, quanto nulla res profana, vel pretioſiſſima. Quapropter Ludovico inveſtituram, & poſſeſſionem Marchiæ Brandeburgicæ abſque mora conceſſit, ac confirmavit.

A Godefrido Viterbienſi parte XIX. Chronici hæc inſignia enumerantur ſimul, & explicantur.

Crux, gladius, Lancea S. Mauritii à Boſone Rege Arelatenſi Othoni Magno Imperatori donata. Globus aureus, & crux globo impoſita. Diadema, ſeu Corona.

Extat libellus ſermone Germanico *de Reliquiis* Imperialibus quotannis feria VI. poſt Dominicam in albis Norimbergæ olim monſtrari, & ad publicam venerationem exponi ſolitus, in quo iſtæ Reliquiæ enumerantur. I. Fruſtillum de præſepe Domini. II. Brachium S. Annæ III. Dens S. Joannis Baptiſtæ IV. Particula de veſte S. Joannis Baptiſtæ V. Particula de triplici genere catenarum, quibus Sancti Apoſtoli Petrus, Paulus, & Joannes diverſis temporibus, & carceribus vincti fuere. Et hæc quidem ſacra Lipſana primo miſſu ſpectatoribus ordine quo enumerata ſunt ad ſpectaculum, & cultum exhibebantur.

Secundo miſſu proferebantur, quæ ad Imperialia ſtemmata, & dogmata potiſſimùm ſpectant I. Corona Imperialis, referta ſacris Reliquiis diverſorum miraculorum operatricibus II. Varia veſtimenta Regalia. Dalmatica, ſtola, cingulum ſceptrum, & alia, univerſim circiter viginti inſignia, ceu Cimelia III. Gladius Caroli Magni, quem ad Domini prælia fortiter prælianda cælitus ab Angelo acceperat. IV. Gladius Sancti Mauritii Thebeæ Legionis fortiſſimi Ducis.

Tertio miſſu oſtendebatur I. Particula de mappa menſaria, qua in ultima cœna Dominus uſus eſt. II. Particula de Linteo, quo Dominus præcinctus fuit, quando Diſcipulorum pedes lavit III. De corona ſpinea ſpinæ quinque, tribus hierothecis, ſeu Monſtrantiis incluſæ. IV. Notabilis portio de S. Cruce. V. Lanceæ ferrum, ſeu cuſpis, qui ſancroſanctum latus Chriſti in cruce prudentis apertum eſt, cui innexus clavus unus ex illis, quibus Dominus cruci affixus fuit. VI. Crux magna, & pretioſa utpote variarum Reliquiarum theca.

ECCLESIÆ BREMENSIS SACRA PIGNORA.

Auctor anonymus à Jacobo Gretzero citatus *in Syntagmate de inſignibus Imperii*, ita ſcribit: Sanctus Carolus Magnus Imperator, comperta ſanctitate ipſius Beati Vvillehaldi, eandem Eccleſiam regia munificentia largifluis fundavit honorum temporalium poſſeſſionibus, ac eidem Eccleſiæ etiam dedit ſuæ Regiæ majeſtatis eximia inſignia, quæ in eadem Eccleſia honorificè conſervantur, videlicet crucem argenteam deauratam, lapidibus pretioſis redimitam, coram qua devotè adoravit Crucifixum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra, ac etiam ipſius S. Caroli trabeam, ſeu tunicam Imperialem, in qua Evangelium in eadem Eccleſia in ſummis feſtis ob ipſius reverentiam ſolemniter legitur, ac ſtaſculam ejus argenteam deauratam, imaginibus diverſis bene redimitam, ac chirothecas, & calceamenta ipſius, quibus utebatur in ſua regia majeſtate, & etiam pſalterium Divæ ipſius conjugis, litteris aureis bene, & ſubtili ter confricatum.

At ubi nunc Carolina iſta donaria, poſtquam Lutherus, & deinde Calvinus, in eam urbem malum, immò peſtilentem pedem intulerunt? *Et I. Gretzeri Syntagmate de inſignibus Imperii.*

RELIQUIÆ, ET PIGNORA SACRAE MONASTERII ANDECENSIS IN S. MONTE,

Superioris Bavariæ Auguſtanæ Diœceſis.

Mons Andech quinque à Monachio, ſeptem verò ab Auguſta civitate milliaribus diſtans, quem ob ſacrarum Reliquiarum, quæ ibidem plurimùm in veneratione habentur, multitudinem, Sanctum appellavit Erneſtus Dux Bavariæ, monaſterio Benedictinorum exornatus fuit ab Alberto III. Duce Bavariæ, cùm prius ibidem Præpoſituram erexiſſet ipſius parens, quam de Pontificis Romani aſſenſu in Collegium Regulare commutavit. Qui autem loci iſtius gubernacula tenuerunt cum titulo Comitis, ut erant in Deum, Divoſque religioſi, nihil prius habuerunt, quàm Deum in Sanctis venerari, eorumque Reliquias, & Lipſana ſacra congerere, & ſacrum ex iiſdem Theſaurum conflare. Excelluit in ea pietate Raſſio Comes, qui relicta mundi pompa S. Benedicti regulam profeſſus, univerſa, quæ congeſſerat, pignora ad monaſterium tulit: quæ pluribus ſæculis à bellorum ingruentium furore conſervata, in hunc uſque diem magna in veneratione habentur. Elenchus qui ad manus noſtras devenit ſubiicitur.

Præter enim tres Hoſtias ſacras, quas olim Henrico Imperatori miſerat Leo IX. pro ſingulari munere, & quarum duas conſecraſſe creditur Gregorius Magnus, ac tertiam prænominatus Leo IX. prout de illis latius *in loco de Euchariſtia*, hic aſſervantur, ac multorum populorum religioſa peregrinatione celebrantur. Imprimis Crux aurea, quam Carolo Magno ab Angelo allatam, multiſque victoriis nobilitatam, ac ab eo Pipino Filio donatam referunt Annales. Cujus etiam virtute Raſſoco Comes Hunnos fugavit à finibus ſuis.

Inſuper Reliquiæ S. Afræ Mart. ejuſque matris Hilariæ, & ſociarum Dignæ, & Eunomiæ, ac S. Ambetæ virg.

Fragmentum Reliquiarum SS. Annæ, Laurentii, Catharinæ, Eliſabethæ viduæ. Et Crux aurea, quam eidem Eliſabethæ donavit Gregorius IX. Pontifex cum multis particulis Inſtrumentorum Paſſionis Dominicæ. Magna quoque pars Tunicæ ejuſdem, & Reliquiarum, quo loco oſculi pacis utebatur, in quo reponuntur particulæ de Præſepio, Columna, & Cruce Domini, ac de ſepulchro matris ejuſdem.

Item Dens S. Mariæ Magdalenæ, & pleræque particulæ, & oſſa ejuſdem. Fragmentum quoque cinguli illius.

Reliquiæ corporum SS. Virginum Balbinæ, Sabinæ, Verenæ, Felicis, Regulæ, Chriſtianæ, Gertrudis, Petronellæ, Candidæ, Euphemiæ, Otiliȩ, Scholaſticæ, Claræ, Vvalburgis, Luciæ, Barbaræ, Eliſabethæ, Urſulæ, & Sociarum; Anaſtaſiæ, Julianæ, Cordianȩ, Felicitatis, Juſtinȩ. Quorum etiam integra capita, & notabilia oſſa pluribus argenteis thecis incluſa ſervantur.

Inſuper de pane, quo Martha Chriſtum pavit, oleum, quod ex corpore S. Vvalburgis emanavit. Reliquiȩ plures SS. Virginum, & Martyrum Margaretȩ, Apolloniȩ, Agnetis, Cunegundis, Dorotheȩ, Cȩciliȩ, Barbarȩ, Catharinæ, atque de ejuſdem capillis, & oleo, quod è tumba illius profluxit.

Rurſus Reliquiȩ SS. Annæ, & Magdalenæ, quas dedit Fridericus Dux Saxoniæ. Oſſa, & crines ſanctȩ Aldegundis, Crux argentea Hȩreticorum manibus erepta, in qua Reliquiȩ Sanctorum Clarȩ, Barbarȩ, Helenȩ, Bartholomȩi, & Albani.

Reliquiȩ quoque Ss. Confeſſorum Alexii, Onuphrii, Cothardi, Henrici Imperatoris Ronanorum, Bernardini, Franciſci, Euſtachii, unà cum fragmento Baculi ſancti Magni Abbatis, quo draconem interfecit. Donaverat quoque Albertus Dux Bavariȩ tabulam argenteam cum pluribus Reliquiis Ss. Epiſcoporum, & Abbatum. In aliis autem Monſtran iis reperiuntur Reliquiȩ undecim millium Virginum, particulȩ corporis S. Benedicti, item S. Nicolai Epiſcopi, unà cum oleo quod ex corpore illius promanavit.

Duȩ ſtolȩ ejuſdem Epiſcopi, & altera ſancti Udalrici Epiſcopi. Item Reliquiȩ Ss. Martini, & Maximi: ac quatuor Eccleſiȩ Doctorum, & inter eas Manipulus, quo uſus eſt ſanctus Gregorius in Sarificio Miſſȩ: Reliquiȩ etiam Sanctorum Battonis, Vvolffangi, & Dionyſii Epiſcoporum. Leopoldi quoque Auſtriȩ Marchgravii, & Sebaldi Regis Daniȩ.

Pontifi-